Inuenisti graȝ apud dñȝ. Lu. i. Inclinās se dorsuȝ ꝛ digito scribebat in terra. Johā. viij. capi. ¶ Dñi ꝛ aīe deuote si bene tenuistis ea q̄ dicebā sunt octo dies: debetis agere grās virgini q̄ inuenit graȝ apud dñȝ. Sed q̄red a me quō iuenit graȝ: dico ꝙ mod⁹ oñdit̄ i v̄bis allegat̄ ꝙ iclinauit se adeo basse ꝙ nō poterat plus iclinari. Uñ Pau. ad Hebr. ij. Debebat p oīa frīb⁹ assimilari absq̄ pctō p silītudine. scripsit ergo i terra. i. i virgine de⁹ pr̄ tres lr̄as de sua potētia: fili⁹ tres de sua sapia: spūsscūs tres de sua clemētia. dixim⁹ ō scriptura pr̄is ꝛ filij: restat ō scriptura spūsscti. Scripsit ei tres de sua clemētia.
Prio qñ sūme imēsus fuit sūme depressus.
Scdo qñ summe beatus fuit sūme afflict⁹
Tertio quando summe gloriosus fuit summe vilificatus.
Et sunt tres tractat⁹ cuiuslibet littere.
Primo longitudo fuit abbreuiata.
Scdo altitudo fuit depressa.
Tertio latitudo fuit angustata.

¶ De primo Isa. Uidit abbreuiatōeȝ lōgitudis di. Uerbū abbreuiatū faciet dñs sup terrā. De scdo altitudis depssiōnē declarauit Lucas. ij. di. descēdit ꝛ veniet cū illis i nazareth. ꝛ erat subdit⁹ illis. de tertio angustiā latitudis. declarat Grego. di. q: quē celi capere nō poterāt tuo gremio cōtulisti. In terra. g̃ bñdicta vteri virginis scpsit spūsscūs tres lr̄as. Pria fuit taliter scā: q: fuit sil' breuis ꝛ lōga. Scda fuit depssa altitudo. Mirabile ei erat [vt refert Lu.] ꝙ de⁹ rex āgeloꝝ vellet subijci vni carpētario. s. Joseph. Et iō oñdit quō q̄libȝ dȝ subijci parentibus suis. Tertio fuit lat⁹ ꝛ āgustiat⁹. Ipe ēt fuit sūme glosus ꝛ sūme afflict⁹. In illo instāti in q̄ aīa fuit corpi vnita hūit tm̄ dolorē sicut hūit qñ fuit i cruce. Hoc di. Huber. de casali. ꝛ Bernar. de euāgelio eṫno expōnēs illud ego dormio ꝛ cor meū vigilat. Ad istō ppo

stū di. Isa. ix. Paruulus nat⁹ est nobis ꝛc. Sed q̄lis erit pricipat⁹ ille Isa. dic nobis: nū q̄d erit amaritudis ꝛ doloris? Certe sic. Heu q̄lis p̄ncipat⁹ erat q̄n erat iter duo aia lia frigescēs. certe erat afflict⁹ ꝛ dolorē hūit in aia a creatōe ei⁹. Jō ps. in psona ei⁹ dice bat. Ego sū vermis ꝛ nō hō ꝛc. In magna dulcedine iacuit sup terrā quo ad portionē supiorē: s̄ quo ad iferiorē fuit sp i dolore ꝛ tristitia. Volo dicere ꝙ ingram⁹ graz dei: vt velit nobis dare graz remittēdo pctā p suā sapiaz vt dici possit d nob iux thema. Inuenisti ꝛc. Quā nobis dōare velit dn̄s dicēdo. Aue. ¶ Inuenisti graz ꝛc. Ab ore solito mouetur q̄stio theologal' t̄miata i doctria mgro rū nroꝝ theologoꝝ: ꝛ p̄serti a Bo. Utrū āgelus debuit citi⁹ vēire ad v̄giēz q̄ venit. dicit Bo. ꝙ icarnatio ē op⁹ p̄mi p̄ncipij reparāꝺ.
Primo libertatē arbitrij.
Scdo. sublimitatē beneficij.
Tertio integritatē vniuersi.
¶ Quo ad p̄mū exigebat ipa libertas vt homo nō iuite: s; volūtarie ad deū cōuerteret. Scdo sublimitas exigebat vt tn̄ beneficiū diligeret ꝛ desideraret: ꝛ ideo vana nō fuit p̄missio ꝛ vane p̄nūciata. Tertio itegritas vniuersi req̄rebat vt oīa fierent cōgruo tpe marie op⁹ excellētissimū: ꝛ q̄r hō creat⁹ fuit i sexta die: ideo angelus i sexta die mitti debuit ad v̄ginē: ꝛ xp̄s pati debuit i sexta die. ¶ Leuate capit vr̄a deuote filie ꝛ sorores. timetis dānari? Habetis decretalē vnā. extra de spōsalib⁹ ca. Iuuenis vbi dicit: ꝙ in dubijs tutior pars est eligēda. Nos habuim⁹ heri festū Thome: ꝛ p̄dic Lu. si respiciam⁹ eoꝝ vitas inueniem⁹ ꝙ ipsi nō habuerunt paradisū ducēdo vitaz quā nos ducim⁹: s; aliā. Nō eñ ludebāt au glic gallice. nec fucabāt corpora sua: sed in laborib⁹ plurimis ducebāt vitā suā ꝛ finaliter extincti sūt vt sp sequerent xp̄z. O pauperes pctores nō ē remediū de vita vestra nisi agatis penitentiā. Sed si sic feceritis dicet de vobis. iuxta thema pāssūptū. Inuenisti graz apud dn̄z.
¶ In isto sermone erūt due partes.
Prima erit de annūciatione angelica.
Scda erit de inuemēda gra.
¶ Quātū ad primā partē. Diximus in precedētibus quō angelus descēdit ad virginē ꝛ eā salutauit. Dixim⁹ etiā quis erat cū ea. Erat eñ cū ea vna ancilla que vocabat pudor: que tāgit ibi. q̄ cū audisset turbata ē in sermone ei⁹. Et erāt cum ea due domicelle. Una vocabat sapiētia: q̄ significat ibi. quō fiet. Scda vocabat integritas: q̄ tāgit ibi. q̄m virū ꝛc. Dicit beat⁹ Bernar. sup missus est. O virgo iaz nō est vtēdū verecūdia: da cōsensū ꝛ accipe dn̄z virtutū. tūc virgo genibus flexis in terrā. Fiat mihi ꝛc. q. d. non peto verbū p p̄phetas predicatū: nō verbū in figuris inuolutū: nō verbū in ymagine ostensū: sed verbū incarnatū. fiat mihi [in quit] s̄m verbū tuū. Ecce ancilla dn̄i. O felix humanitas. Quia respexit humilitatē ancille sue: ex hoc beatā me dicēt ꝛc. Uirginitas placuit sed magis hūilitas. Nō ei virginitas placuisset sine humilitate. Quādo aūt stās genib⁹ flexis ꝛ iunctis manib⁹ aperuit hostiū virgo: hostiū inq̄ȝ sui cordis ꝛ cōsensus. Tūc xp̄s in illo instāti dixit patri. p̄mi mitte me in mare. p̄pter me enim tēpestas orta est. Jone. i. Et tūc virgo simul ꝛ in eodē instāti fuit mater dei ꝛ hoīs. Hoc facto exiuit vt visitaret Helisabeth. et helisabeth sine aliquo doctore: s; solū p inspiratiōnē sp̄ūsācti cognouit eā matrē dei dicēs. Unde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Et subiūxit v̄go. Magnificat aia mea dn̄m. Et d̄r in vesperis: ad recordationē misterij. ꝛ mia eius ꝛc. in p̄genies hoīm: vel a progenie iudeoꝝ: in p̄gēies paganoꝝ. Dicamus ergo oēs hos psalmos vt possim⁹ q̄nq̄ sensus corpales mortificare ꝛ reputare i laudē dei recognoscēdo graz quā fecit nobis xp̄s assumendo naturā humanā. Et sic inueniemus grām spiritussancti. iuxta thema preassumptū. Inuenisti ꝛc.
¶ Quantū ad secūdā partē. Dn̄i ꝛ vos sorores in xp̄o quale remediū vt habeam⁹ istaz graz. dico ꝙ nō sufficit venire ad ecclesiā ad sermonē: sed seruare oīa p̄cepta legis infallibiliter aut dānari. Dixi vobis de Abrahā q̄ lauit pedes ꝛ dedit refectionē angelis. et de Loth q̄ fugit a sodomia ꝛ saluat⁹ ē i mōte. Isti inueniūt grām apud dn̄m. Oportet etiā videre de alijs q̄ inueniunt grām: sicut Moyses Josue Dauid: ꝛ loq̄mur pro nunc de dauid. de quo actuū. vij. scribit. Expulit gētes de⁹ a facie patrū vestroꝝ vsq̄ i dieb⁹ Dauid q̄ inuenit gratiā apud deum: ꝛ petijt

vt inueniret tabernaculū deo Jacob. Quis est dauid dn̄i q̄ inuenit grā; ꝛc. Hiero. in interpretatōibus nominū hebraicoꝝ dicit: ꝙ Dauid interpretat̄ manu fortis vel aspectu delectabilis ꝑ exēplarē honestatē. Luc.xij. Sint lūbi vestri pcincti ꝛ lucerne ardentes in manib᷒ vestris. Estis hic meretrices que delectamini in aspectu ribaldoꝝ vestroꝝ? Scitis q̄d habet̄.xij.q.i. duo sūt. ꝛ sūt verba beati Aug. Duo sūt inq̄t christianorū genera. Et ca. nolo. duo sūt hoi necessaria: sc; fama ꝛ ꝯscia. ꝯscia ꝓpter seipsu;: ꝛ fama ꝓpter primū. Creditis vos dn̄i ꝙ habeatis grām: q2 aliq̄s laudat vos vel laudādo corpus vestrū exteri? Dico ꝙ nō. Audiatis q̄d dicit Paul. Titū.ij. Apparuit grā saluatoris: nō solū religiosis: sed etiā oībus hoībus Sed q̄d sequitur. Erudiēs nos abnegātes oēm impietatē sobrie ꝛ iuste ꝛ pie viuam᷒. quo ad seipm̄. ꝛ iuste quo ad ꝓximu;. ꝛ pie quo ad deū. O pctōres respiciatis illū qui erat speciosus pre filijs hoim. In die natiuitatis erat super fenū plorās corā matre sua Plorate igit̄ ꝛ vos sup ꝯscias vr̄as. Abijciētes oēs gulositates ꝛ ebrietates ꝛ oīs corporis delectatōes. q2 vt dicit Grego. breue ē q̄ꝺ delectat: eternū q̄ꝺ cruciat. Et sic iuxta thema preassumptū. Inuenietis grā; apud dominu;. Rogo deum ꝙ ꝛc.

¶ Dominica quarta aduentus de mane Sermo.xxxvij.



Abijcientes omnē immūdiciam ꝛc. Uidebit oīs caro salutare dei nr̄i. Luc.iij. ¶ Dn̄i ꝛ aīe deuote nos attēdimus ad celebrādū natiuitatē iesu xp̄i. S; cā quare eā celebrare debem᷒ ē: q2 celebrādo expectam᷒ ꝑuenire ad clarā visionē que est facie ad faciē. Hec est eīn vita eterna vt cognoscāt te solū deū verū ꝛ quē misisti iesu; xp̄m. Johā.xvij. Jdeo ꝓ pncipio isti᷒ sermonis cepi ista verba q̄ sunt originaliter. Jsa. prophe.lij.ca. Uidebit oīs caro salutare dei nostri. S; si q̄ratis quot modis possumus respicere deū. Dico ꝙ quattuor modis.
Primo in mūdi creatura.
Scd̄o in natura assumpta.
Tertio in pura ꝯsciā.
Quarto in finali gloria.

¶ De primo ad Ro.i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta ꝯspiciunt̄. De scd̄o Exo.iij. dixit Moyses. Uadam ꝛ videbo quare nō cōburat̄ rub᷒. De tertio. Lu.x. Beati oculi q̄ vidēt q̄ vos videtis. ꝛ Mathei. v. Bt̄i mūdo corde. De.iiij. ꝑme Jo.iij. Uidebim᷒ eū sicuti ē. ¶ Leuate capita vr̄a: dn̄i affectatis videre xp̄m: si sic nos inuenim᷒ q̄ttuor modis in scriptura ip; vidēdi. Primo in mūdi creatura. magister sn̄iaꝝ.iii.di. primi dicit: ꝙ in qualibet creatura ē vestigiu; trinitatis. iō possum᷒ venire ad noticiā trinitatis ꝑ creaturas ꝛ sic videre deū i creaturis. Scd̄o possum᷒ eum videre in humanitate assūpta: ꝛ sic apl̄i viderūt eū in natura hūana. Tertio in bona ꝯscia: q2 aīa q̄ ē i bono statu in ipa pōt repiri xp̄s. Jō xp̄s dicebat Lu.xvij. Regnū dei itra vos ē ꝛc. ꝛ bt̄i mūdo corde: q2 ipi deū vi debūt. Et ps. Gustate ꝛ videte: q2 suauis ē dn̄s. Quarto videbim᷒ eū in glīa eterna. Ad hoc eīn celebram᷒ festa ꝛ solēnitates: ꝛ venim᷒ ad sermōes vt appaream᷒ sicuti ē ꝛ videam᷒ eū i glīa sua. Uolo suadere vt mundetis ꝯscias vr̄as: ꝛ tandē veniatis ad visionē beatificā. ¶ Abijcientes oēm immundicia; ꝛc. More solito mouet̄ q̄stio teriata a magrīs theologis: ꝛ ꝓsertim a Bona.i.iij. Utrū ſm quālibet natiuitatē xp̄s dei fili᷒ debeat dici marie fili᷒ naturalis. R̄ndet Bona. ꝙ l; ad filiationē naturalē ꝯcurrat effectiue btā virgo: nō tū ad ꝓductionē supnaturalē. ¶ Leuate capita vr̄a pctōres: deliberastis ne adhuc disponere ꝯscias vr̄as? q̄d erit d̄ vobis si decedatis in pctō mortali? Sed dicet̄ forte: p̄r cras ꝯfitebimur q2 erit vigilia natiuitatis dn̄i: ꝛ dn̄s dabit nobis suā miam. Bene dicitis sed nō totū. Dixi heri ꝙ ꝓdig᷒ facere testamentū nō pōt. Habem᷒ aliu; ca su; in.l.ci. C. q̄ testamētū facere nō possūt. Lex incipit fili᷒: ꝙ seruus testamētu; facere nō pōt: q̄ꝺ si fecerit testamētū nō valet. Jdē hr̄ in canone.xiij.q.ij.ca. illud. Et i hoc sunt papa ꝛ impator ꝙ ille q̄ nō est dn̄s bonoꝝ suoꝝ nō pōt ꝯdere testamētu;. Rogo deū pctōres ꝙ nō faciat sic de nobis i morte. Legistis ne illud Johan.viij. Qui facit

petm̄ seru⁹ē pcti.i.Petri.ij.A quo q̄s supatus ē ei⁹ seru⁹ est.O peccatrices aie:audeo dicere ꝙ incarcerat⁹ nūq̄ȝ fuit in tāta pena sicut ē aia pctōris i corpe. Heu igr̄ q̄d faciet miser pctōr q̄n videbit iudicē terribilē ⁊ dyabolū in eū seuiētē. Qui em̄ erit i pctō erit seru⁹ dyaboli. Si aūt xp̄s nos liberauit vere nos liberi erimus. Quale remediū dn̄i? Certe necesse est vt abijciam⁹ oēm immūdiciā:q̄m xp̄s fact⁹ est sub lege vt nos qui sub lege pcti eram⁹ redimeret.hoc insinuat thema ꝑpositū.Abijcientes oēm ⁊c.

¶ In isto sermone erūt due partes:sc̄ȝ Prima erit de incarnationis sacratissime profunda dignitate.

Scđa erit de aie peccaric̄ ṽtuosa purgatōe

¶ Quātū ad pmā partē. Nos sum⁹ in q̄nto misterio ⁊ vltio quō sc̄ȝ icarnatio xp̄i est visibiliter manifestata. Nos hubuim⁹ aliq̄ signa.primū fuit missio angelica.scđȝ fuit visitatio gratiosa. ⁊ de isto signo dixim⁹ heri ⁊ die veneris. Tertiū qđ debem⁹ nūc dicere ē pdicatio fructuosa. Et de isto tertio signo loquit̄ euāgeliū presens. Miserūt iudei ad Johānē vt interrogarēt eū:tu q̄s es. Johannes r̄ndit ꝙ n̄ erat Helias neq̄ȝ ꝑpha. Tūc dixerūt. Quis ergo es tu:vt respōsuȝ dem⁹ his q̄ miserūt nos:cur ergo baptisas:¶ Dn̄i leuate sp̄us v̄ros. s̄m ꝙ dicit richardus de scto victore in lib.de trinitate. Fides n̄ra ē taȝ secura ⁊ tot ⁊ tantis valata argumētis ꝙ nemo sane mētis pōt de illa dubitare: sicut historia p̄ntis euāgelij ondit. Joh. ei baptista pdicabat in deserto:⁊ oēs iudei putabāt ipm̄ eē saluatorē mūdi vidētes austeritatē quā ipse ducebat. Nō ei comedebat carnes neq̄ȝ aliq̄d coctū: nec bibebat vinū nec cicerā. Quapropter doctores iudeoꝝ existētes in ihrl'm vidētes tp̄s ꝑphetiaꝝ eē ꝯpletuȝ miserūt Johānī vnā ambassiatā vt iterrogarēt eū ⁊ dixerūt illi. Dn̄e nos sum⁹ missi a hierusalē ad sciēdū q̄s vos estis. Et tunc Johā.ꝯfessus est ⁊ nō negauit:⁊ dicebat eis. sicut ꝑphetisauit vob Moyses Deut̄.xviij. ꝑphaȝ suscitauit vobs dn̄s de medio:vnde quē debetis audire:quicūq̄ȝ nō audierit eū punief. Tūc iudei iterrogauerūt si idse eēt. Dixit ille nō. Et dixerȳt ei.dic.ergo nobis q̄s es tu? R̄ndit.ego suȝ vox clamātis i deserto parate viā dn̄i,ego baptiso vos i aq̄. In medio autēȝ v̄rm ē q̄ baptisabit vos i sp̄ūscto: et vos nō cognoscitis eū. ⁊ ille ante me factus est:cui⁹ nō suȝ dign⁹ corrigiā calciamēti soluere. Ubi dicit magister sn̄iaꝝ ꝙ soluere corrigā ē declarare ligamē qđ ē iter naturam humanā ⁊ naturā diuinā. Ad intelligendū aūt ꝙ xp̄s p pdicationē ondit se mediatorem: est sciendum ꝙ septuplex est medium:vt pōt clare ostendi.

Primū est medium essentie.
Et hoc declarat metaphisicus.
Scđm est medium nature,
Et hoc declarat phisicus.
Tertiū est mediū equiparātie.
Et hoc declarat mathematicus,
Quartū est mediū scientie,
Et hoc declarat logicus.
Quintū est mediū modestie.
Et hoc declarat ethicus.
Sextum est mediū iusticie.
Et hoc declarat legisperitus.
Septimū est mediū concordie.
Et hoc declarat theologus.

¶ Leuate capita dn̄i: oībus his modis xp̄s fuit mediū siue medi⁹:vt de eo possim⁹ dicere. Eccl'.xv. In medio eccl'ie apuit os ei⁹. De p̄io scribit̄. Gen̄.ij. Produxit de⁹ de humo oē lignū pulchrū visu ⁊ ad vescēdū suaue:lignū ēt vite i medio padisi. De scđo. Deut̄.v. suȝ medi⁹ iter deū ⁊ vos. De tertio Joh.xix. Crucifixerūt duos latrōes hic ⁊ hic:mediū aūt ihȝ. De q̄rto actuū.i.p.xl.dies apparēs eis ⁊ loq̄ns de regno dei. Joh.xx. Stetit iesus in medio eoꝝ. Uide ibi glosā Grego. De sexto. Apoc.vij. Nō esuriēt neq̄ȝ sitiēt: q̄ agn⁹ dei q̄ ē i medio thrōi reget eos. ¶ Leuate capita v̄ra dn̄i:itelligitis ea q̄ dixi vobis. Joh.baptista dixit iudeis ꝙ xp̄s erat inter eos ⁊ ego dico vobis ꝙ ē i medio v̄ri ⁊ vos n̄ cognoscit̄ eū. P̄io ē i medio trinitat̄:q̄ est scđa ꝑsona. Scđo ē int̄ nos p assūptionem eiusdē nat̄e. Tertio fuit mediator i arbore cruc̄:q̄ voluit mori iter duos latrōes ad dādū nobis exēplū ꝙ aliq̄b⁹ dabit padisuȝ et alijs ifernū. Quarto i resurrectōe. Quito in ascēsiōe fuit iter angl'os ⁊ aias btās. Sexto erit i medio i gn̄ali iudicio: q̄ boni erūt ad dextrā:⁊ mali ad sinistrā Et septio erit i medio sctōꝝ i gl'ia paradisi. O miserrimi pctōres estis ne sicut iudei:ē ne i medio v̄ri xp̄s?

quē vos nō cognoscitis. Dic mihi moyses veritatē de isto pplo. qd videt tibi Deut. xxxij. Heccine reddis dño pple stulte ⁊ isipiēs: generatio praua ⁊ peruersa. Et sequitur. deū q te genuit dereliquisti: ⁊ oblit⁹es dñi creatoris tui. O pctōres xps plāgebat se ō iudeis: eo ꝙ iudei dederūt eū obliuioni: ⁊ bona que ipse xpus faciebat eis. Nunqd dñi xps fecit vobis plura bona ꝙ̄ iudeis? nunqd xps expēdit totū sanguinē p vobis. Vos dñi dicite qui estis hic cū tunicis foderatis qd dicetis? quid facietis ī natiuitate xpi: nunqd laudetis? Heu peccatores ista ē recōpēsatio quā datis xpo. nūqd debetis tūc tpis ymaginari dolores ⁊ labores xpi: quō recescebat sup fenū: lachrymabat ⁊ flebat. Nūꝙ̄ ei fuit tā frigidū tps ꝙ̄ fuit illō quādo xps natus ē. Volo dicere ꝙ disponatis vos ad meditādū bñficia xpi vobis data. iuxᵗ. b. ia. do. Abijciē.

¶ Quātū ad secūdā ptē. Dñi leuate corda vestra si placet: maxime vos q nō purgastis cōsciās vrās: volui vobis suadere ꝙ deponeretis oia pctā opis de falsitatib⁹ q̄s facitis emendo vel vēdendo. Estis hic notarij: nunqd scitis vos falsitates q̄s facit? ¶ Restat ḡvndecimū pctm̄ opis iusticie psequutio. Fiūt em̄ multa mala sub vmbra iusticie. Credo ꝙ regi⁹ pphā habuit ō illo noticiā dicēs. Vsqꝫ q̄ iudicatis iniqtatē ⁊ facies pctōꝝ sumitis: iudicate egeno ⁊ pupillo ⁊c. Rō ē: qm̄ nō ē de psonaꝝ acceptor: nec iudicabit ī iniqtate ⁊c. O pctōres illō ē pctm̄ opis: pp qd oꝫ purgari aut dānari. Et dico ꝙ ē illud qd ꝯmittit ī curia plameti vel castelleto ⁊ ī alijs. Et illō sciendū ē ꝙ in iudicio sunt quinqꝫ persone.

Persona iudicis.
Persona actoris.
Persona rei seu defensoris.
Persona aduocati.
Persona testis.

¶ De pma hr̄. xi. q. iij. c. qttuoꝛ mōis. Et sunt vba Greg. qttuoꝛ mōis hūanū iudiciū peruertitur. s. amore: cupiditate: timore: ⁊ odio. Et nota do. Antho. floretinū in sūma di. ꝙ qn̄ per ignorātiā iudicis pcedit ad iniquā sniā: tenet ad restitutionē. Credo ꝙ multoplēs iniqtates ⁊ plurima mala fiūt sub palliato amore vel fauore qn̄ his de cāis infert malā sniam. Scdo p rācorē vel odiū. Tertio p cupiditatē p timorē. de istis ēt ex. li. vi. de snia et re iudi. c. cū eterni. Vos dñi canoniste qn̄ pricipiū nō ē bonū: non ē mirū si residuū nihil valeat. si iudex sit auar⁹: facile puertit iudiciū. Ideo ietro q erat soci⁹ Moysi bon⁹ vir vt legit Exo. xviij. Prouide de oī plebe viros potentes ⁊ timētes deū ī qbus sit veritas et qui oderūt auariciā. ¶ Notetis ista vba dñi: non dicit ꝙ vēderet officiū q vellet emere: s dicit ista vba elige. nō dicit ēt ꝙ eligeret indifferent q̄scūqꝫ: s viros sapiētes q oderunt auariciā ⁊ amāt vitatē. nō ei ad officiū iudicature dñt assumi cupidi: luxuriosi ⁊ īfames persone. Vos prēs ⁊ mrēs nunqd emistis filijs vris officia iudicature? Certe meli⁹ essꝫ vobis ponere eos ad custodiēdū porcos vel boues: ꝙ̄ fieri iudices: si nō bñ se regāt in iudicio. Etiā ē psona actoris. Vos domicelle: nōne placitatis ꝯtra sorores vl'ꝯ prēs ⁊ matres: ⁊ scitis vos hr̄e malā cām? nunqd hētis legē naturalē dicētē. Nō facias alijs ⁊c. Si nō essꝫ nisi illa lex sufficeret ad nos ducēdū ad btitudinē. Oꝫ satisfacere vel dānari. Pōt etiā actoꝛ peccare ꝓponēdo falsa testimōia. vide Tho. in. ij. ij. q. lxx. In ista materia volo dicere ꝙ si nō vultis dānari oꝫ ista corrigere vt sitis participes meriti īcarnatiōis. iuxta thema dictū. Abijcientes oēm immūdi. ⁊c.

¶ Eadē die post prādiū. Ser. xxxviij.



Bijcientes omnē immundiciā ⁊c. Habētes fiduciā ī sāguīe xpi q īiciauit nobis viam nouā: accedam⁹ cū corde vo aspsi corda a cōscia mala. Heb. x. ¶ Dñi ⁊ aie deuote nos hūim⁹ hodie s Lu. quō ysa. ꝓphisauerat xpo nato oēs cognosceret eū. Ad cōiūgēdū istā materiā cū pcedēte quā mane tractauim⁹. Accepi dictū Pau. di. Hñtes fiduciā ⁊c. q. d. postꝙ̄ qlibet pōt cognoscere xpm̄ di. Pau. Accipiam⁹ fiduciā ⁊ spē vt possim⁹ hr̄e paradisū. Heu pau. quō hēbim⁹ spē? Rñdet pau. p sanguinē ei⁹ q iciauit nouā viā nos hēbim⁹ spē bonā ⁊ fiduciā. De mltis legim⁹ ī sacra scriptura q habuerūt spē seu fiduciā: s non bonā. Est aūt qdā fiducia maledicta ⁊c. qdā vo ꝓsūptuosa: qdā vana. De pma Prouer. xx. Sicut rugit⁹ leonis ita et terroꝛ regis q puocat eū peccat ī aiā suā.

De scd'a Ber.i s'mone. Maledict⁹ q̄ peccat i spe. Eccl'.viij.q: non pfert cito ꝯ malos sen¦tētia absq3 vllo tiore filij hoīs ppetrāt mala. De tertia ysa.xxxvi. Cōfidis sup baculū ha¦rūdineū. O pctōres:si velitis saluari o3 hr̄e spē:s nō maledictā. Istā hn̄t multi pctōres dormiētes in pctīs suis:credētes q̄ de⁹ dor¦miat:q: nō punit pctā eoꝝ. Dicatis mihi do micelle q̄ hētis lenones vr̄os:τ vos blasphe matores iniq̄ssimi q̄ro a vobis in ꝯscia vr̄a si de⁹ punissz vos qn̄ p̄mo icepistis peccare: q̄t essent nūc viuētes i ista citate: Si ergo de⁹ vos expectat: magnā gr̄am ac miam vobis facit.ideo mag' ac magis deberetis aiari ad xp̄m diligēdū. Hētis legē ciuilē. C.de actiōi bus τ obligatōib⁹.l.i.q̄ rex cōferēs p̄uilegi¦um suis subditis d3 amari τ honorari a suis subditis. Iste rex q̄ dat p̄uilegiū ē xp̄us q̄ ex pectat nos ad miā3. Alia ē fiducia p̄sūptuo sa. Dn̄i sūt hic illi p̄sūptuosi qb⁹ videt̄ q̄ de¦beant hr̄e paradisū eq̄ bn̄ ac si nunq̄ offen¦dissent deū mortal'r. Si bn̄ examinarent cō scias suas reperirēt q̄ nūq̄ fecerīt bonū.pro pterea digni nō sūt gl'ia paradisi. vn̄ Paul⁹ ad Gal'.vi.dicit. Que semiauerit hō h̄ τ me¦tet. Qui seminat i carne sua de carne et me¦tet corruptionē.q̄ āt seminat i spū ꝺ spū me tet vitā eternā. Vos dn̄i religiosi dicite mihi v'itatez:τ vos eccl'iastici creditis saluari: q: portatis vestimēta sctitatis: O p̄sūptio ne quissima. Si ei cartusiēses q̄ ita bn̄ viuūt et alij religiosi reformati timēt:q̄d d3 eē de vob pctōrib⁹: p̄sūptio ē dicere q̄ saluabimi. cer¦te ē fiducia vana et inutilis ꝯfidere i rebus apparētib⁹ de qb⁹ loquit̄ ysa. cōfiditis super baculū arūdineū. bacul⁹ arūdine⁹ non h3 vi et nullā h3 iteri⁹ fortitudinē sicut sūt cōplu res. Estis hic dn̄e iacobe q̄ hētis plures mis sas au croc: nunq̄d hētis istā fiduciā: τ vos religiosi q̄ cōfiditis sup baculū arūdineum: Volo dicere q̄ q̄lib3 studeat mūdare ꝯscia3 suā τ viuere s'3 vocationē suā τ p̄oat se i tali statu i q̄ vellet mori: τ h̄ mō ꝯfidet i dn̄o qui dabit sibi s'm spē suā: τ h̄ p̄ncipal'r debemus in hoc sacro tp̄e facere. iuxta ia.docu. Abijci entes omnem immundiciam τc. Dicemus pulchrum Aue.

¶ Abijciētes τc. More solito monet̄ q̄ō the ologal'r termiata i doctrina magistroꝝ nr̄oꝝ theologoꝝ: τ p̄serti a scoto di.viij.tertij snia¦rū. Vtꝝ.s.in xp̄o sint due filiatiōes. Rn̄det Scot⁹.sicut i xp̄o pōitur duplex natitas: sic est duplex filiatio. Est ei natitas eterna ꝺ q̄ ysa.liij. Gn̄ationē ei⁹ q̄s enarrabit. τ natitas tp̄alis ꝺ q̄ Lu.ij.nat⁹ ē hodie saluator mūdi Ita ēt duplex ē filiatio: eterna τ tp̄alis. nec seq̄tur: sūt due filiatiōes: g̊ duo filij: vel duo supposita sicut nō seq̄tur: sortes ē sciēs duas scias: g̊ sortes ē duo sciētes. Leuate capita vr̄a. fuistis hodie mane i indulgētijs: q̄d di xerūt cōfessores vr̄i: nunq̄d q̄ faceretis dice re missas τ q̄ expedirēt vos: certe ē maxima pietas: nō est aliꝺ i eccl'ia q̄3 auaricia. Gersō dicit q̄ si eēt curat⁹ poti⁹ vellet q̄ p̄rochian⁹ expectaret capere corp⁹ xp̄i de capite anniv's q̄3 ad aliud τ q̄ fuisset bn̄ cōfessus: q̄3 sic ex¦pedire. Leuate capita vr̄a. q̄ sūt q̄ vellēt mo ri in statu in q̄ sūt. Estis hic meretrices q̄ te nuistis lupanaria p totā vitā vr̄a3 τ fecistis filias vestras meretrices sic vos: τ filios ve¦stros lenones maq̄reaulx gallice. Nunq̄d di citis q̄ sufficit hēre vnū bonū suspiriu3: ad oēs diabolos tale suspiriū. Dixi multos ca¦sus in q̄bus null⁹ pōt cōdere testm̄. Restat ali⁹ casus qui scribit̄ ad legē iuliā maiestatꝭ l.quisq̄s.et i decreto.vi.q.i.capi. Si q̄s cum militib⁹. q̄ cōmisit crimē lese maiestatis nō pōt cōdere testm̄: τ si cōdiderit ip̄o iure ani¦hilabit̄. Rogo deū peccatores q̄ xp̄us nō fa ciat nobis ita. Legistis heu pctōres q̄d dicit amic⁹ dei Moyses. Deute.xxxij. Gn̄atio pra ua atq3 p̄uersa: heccine reddis dn̄o pp'le stul te τ insipiens. Sequitur. gn̄atio p̄uersa τ in fideles filij ipsi me p̄uocauerīt i eo q̄ nō erat deus τ irritauerūt i vanitatib⁹ suis: τ ego p̄¦uocabo eos in eo q̄ nō ē pp'ls: τ i gēte stulta irritabo illos. Intelligatꝭ pctōres. de⁹ plan¦git se de vobis q̄ estis a p̄te an̄ τ retro: τ dic̄ Gn̄atio p̄ua τ infidelis τc. ipsi me p̄uocaue¦rūt. q.d. mihi displicet q̄re op3 eos ad mortē cōdēnare: s pp̄ pctā o3 facere iusticiā. O dn̄i qui hētis tunicas foderatas τ scuta ad ludē dū in ista nocte sctā: τ domicelle q̄ ostēditis mamillas vr̄as: credo q̄ hoc sit veritas que vult exire: nūquid hētis spitera ad ludēdu3 in istis festiuitatibus. Volo dicere pctōres: q̄ leuetis corda vr̄a τ ꝯsideretis q̄ tali die si cut erit crastina btā virgo venit i bethleem. Claudatis oratoria vr̄a: disponatꝭ ꝯscia3 ve strā per cōfessionē: veniatis ad eccl'a3: videa

tis in fide xp̄m flentē ⁊ dicite ei. Dn̄e ih̄u q̄
hodie fleuisti pro me da mihi oīm pctōꝝ
meoꝝ veniā: suscipe me in seruū tuū. ⁊ si hoc
feceritis pmitto vobis ꝙ pcet vobis, iuxͣ Ia.
documentum. Abijcientes ⁊c.
¶ In isto sermone erunt due partes.
Prima erit de incarnatiōis sacratissime p-
funda dignitate.
Secunda erit de peccatricis anime virtuo-
sa purgatione.
¶ Quantum ad primā partem dn̄i recordami
bene ꝺ sermonib⁹ pteritis. Nos habem⁹ tria
signa per que cognoscere possumus ꝙ incar
natio xp̄i fuit pn̄tialr̄ exhibita.
Primū fuit de angelica annūciatōe,
Scd̄m de visitatiōe elizabeth.
Tertiū de p̄dicatione iohānis.
Restat dicere q̄rtū ⁊ ē rōnalis desponsatio.
Et istō tāgit i euāgelio vbi ꝺr. Cū eēt ꝺspōsa
ta mr̄ iesu ioseph ātequā ꝯuenirēt iuēta ē in
vtero hn̄s de spū sctō. Ioseph aūt vir ei⁹ cū eēt
iustus noluit eā traducere: voluit occulte di
mittere eā: tūc āgel⁹ apparuit ei dicēs. Noli ti
mere accipe mariā ꝯiugē tuā: qꝺ ei in ea na
tū ē de spū sctō ē. ¶ Leuate capita vr̄a. Estis
h vxorate mulieres pn̄tes si sic, pbe i matri-
monio vestro de⁹ inhebit vestri: q xp̄s volu
it nasci sub vmbra: nō ē res sine magno mi-
sterio. Per h ei xp̄us matrimoniū approba-
uit. In euāgelio ponūtur tria verba q̄ꝝ qꝺli
bet valet vnū pond⁹ auri. Sūt āt ista tria Je
sus Maria Joseph. Sz q̄retis a me: p̄ ꝺr i
euāgelio ꝙ antequā v̄go maria ⁊ ioseph ꝯue-
nirēt: v̄go maria fuit inuēta p̄gnās. Videt
btūs Luc. velle dicere: ꝙ ioseph carnalr̄ co-
gnouit virginē qꝺ ē erroneū: q v̄go fuit i p-
tu an̄ partū ⁊ post ptū. Dico dn̄i ꝙ iste dictō
nes donec ⁊ antequā aliqn̄ dicūt ordinē: aliqn̄
purā ꝑuatiōnē. sicut hr̄ i p̄s. Donec ponā ini
micos tuos scabellū pedū tuoꝝ ⁊c. Et i euā
gelio. donec peperit filiū. Ly. donec ibi nō di
cit ordinē tpis: s negationē act⁹: sic ꝺr ꝺ ali-
quo hoīe. Iste fuit mortu⁹ antequā ⁊c. Estis h
viri vxorati: Joseph videns mulierē suā p̄gnā
tē cū esset cert⁹ ꝙ eā nō cognouerat fuit zelo
tipus de ea cū tn̄ eēt iust⁹: q ignorabat mo
dū: noluit eā accusare: s voluit eā solā dimit
tere ⁊ recedere. Dicūt ibi doctores ⁊ assignāt
rōnē quare angel⁹ apparuit de nocte ioseph
et nō marie. Thomas reddit aliq̄s cās i ter

tia parte. q. xxix. ar. i. vide ibi. In antiq̄ testō
qn̄ filia despōsabat stabāt in spōsalib⁹ suis
nō fiebāt ibi multe truffe q̄ fiunt hodiernis
dieb⁹. Dicite mihi i veritate vos iuuenes mu
lieres en voz fianssailles gallice: sponsus ve-
ster nunq̄d visitauit vos aliqn̄: nūquid dedi
stis oscula: nūquid fecistis tact⁹ ipudicos: ⁊
vtinā nō fuerit cōsecuta copula carnis. Ne-
scio: forte cū alio ꝙ cū spōso. Istos actus ne
phādos exercuistis dicētibus vobismetipis
oīa iputabūtur marito. Heu heu de⁹ q̄t ma-
la fiūt in spōsalib⁹. Utinā haberem⁹ aures
aptas ⁊ audirem⁹ pueros ⁊ voces pueroꝝ in
latrinis piectoꝝ ⁊ i fluminib⁹ ⁊c. Sūt ne ibi
mulieres ⁊ sacerdotes q̄ dicunt ꝙ mulieres
comedētes venenū ad expellēdū materiā ꝺ
matrice sua ne fet⁹ veniat ad portā anq̄ aīa
rationalis introducat: nō peccāt mortalr̄.
Heu heu q̄ graue peccatū istud: ⁊ ꝙ istō sit
verū ostēdā vobis exēplo ⁊ actoritatib⁹ mlt̄.
Ponatis ꝙ habeatis vnā pomū in orto vr̄o
cū florib⁹ ⁊ veniat truffator q̄ deponat omēs
flores: nūquid tn̄ malū facit sic si remoueret
fructū: dico ꝙ sic. Eodē mō ē ꝺ muliere pcu
rāte aborsū. Et si mulier moreret i tali statu
diabol⁹ eā iportaret. Habetis ad hoc textum
extra ꝺ homicidio casuali vel volūtario i an
tiq̄s i ca. si aliq̄s. ꝙ homicida ē q̄ facit sorti-
legia cā sterilitatis vl' ministrat sibi venena.
Uos iuuenes mulieres recordabimi illoꝝ q̄
dixi vobis. Qn̄ spōsi an̄ nuptias veniunt ad
vos: nolite pmittere ꝙ faciāt illas truffas
quas cōiter faciūt: qm̄ post nuptias iprope-
rabūt vobis ⁊ dicūt ꝙ silr̄ potestis facere cū
vno alio: ⁊ vocabunt vos pallardas: meretri
ces ⁊c. Heu pctōres ista nō fiebāt tpe v̄gis: ⁊
tn̄ bm̄. b. Criso. q primū filia erat despōsata
cū marito suo ducebat ad domum mariti: et
viuebāt ibi honestissime nec dormiebant sil'
vsq ad diē nuptiaꝝ. Btūs ēt Criso. dicit ꝙ
postquā angelus nunciauit marie ꝙ concipe
ret xp̄um ⁊ ꝙ elizabeth erat pregnans et ꝙ
infra tres mēses debebat parere. Tunc bea
tissima virgo venit ad Joseph et dixit ei. Jo
seph sponse mi: ego intelligo ꝙ consobrina
mea debet parere et non habet qui sibi ser-
uiat: rogo vos ꝙ detis mihi licentiam eundi
ad visitandum illam: tunc consensit ⁊ iuit in
montana ⁊ mansit cum elizabeth tribus mē
sibus: et post tres menses rediit ad Joseph.

tunc Joseph vidēs eā p̄guātē timuit. Nō ei credebat ꝙ virgo parere posset ꝛc. Jō voluit occulte ꝛc. Sȝ angelus venit nocte dicēs ꝛc. Est tñ aduertendū ꝙ btā virgo significauit sibi ꝙ illud qđ erat ī ea de spūsctō erat: ꝛ cū nō posset rñdere ioseph voluit eā occulte dimittere. Querūt ibi doctores vtꝝ fuerit verꝫ matrimoniū inter mariā ꝛ ioseph? dicit thomas.iij.parte.q.xxix.ar.ij.ꝙ sic: ꝙuis ỽgo fecisset votū ỽginitatis: tñ totū negociū ꝯmittebat deo. Fuerat tñ assecurata ꝑ angelū ꝙ nunq̄ꝫ esset sollicitata ab ip̄o ioseph: ꝛ ideo emiserat votū qđ tenebat cōplere. Filia eñ que ī duodecimo āno emittit votū ỽginitatis: et fili⁹ ī.xiiij.āno dn̄t adiplere votū ꝛ nō p̄nt cōtrahere matrimoniū nisi ꝑ dispēsationeȝ pape. Querūt adhuc doctores quare ꝗ virgo cōtraxit matrimoniū? Dico ſm.b.Tho.iij.parte.q.xxix.ar.i.ꝓpter quinq̄ꝫ causas.

Prima ex ꝑte ꝓlis.
Secūda ex ꝑte matris.
Tertia ex ꝑte hostis.
Quarta ex ꝑte xp̄ianitatis.
Quita ex ꝑte matrimonij cōiugalis.

¶ Prima ergo cā fuit ex ꝑte ꝓlis: q̄ iudei habuissent occasionē obijciēdi sibi? ꝙ fuissȝ spurius ꝛ nō messias ī lege ꝓmissus. Scđa causa ꝑꝑ honorē mr̄is: ꝛ hoc dicit.b.Ambrosi⁹ sup̱ lucā. Si eñ nō habuisset maritū potuissent sibi īproperare meretriciū. Tertia ꝓpt̄ demonē: vt.s.misteriū incarnatōis demoni celaret̄: ꝛ istud mirabile ē. Quō demon non potuit cognoscere ei⁹ integritatē ꝑꝑ intellectus ꝑspicacitatē; ꝛ nulli dubiū q̄n diabol⁹ cognouisset si deus voluisset cooperari: ſ₃ q̄ deus noluit cōcurrere: iō fuit insci⁹ misterij sacratissimi. Quarta rō ex ꝑte xp̄ianitatis: vt scȝ marit⁹ btē ỽginis eēt testis de ītegritate ipsi⁹ virgīs: ꝛ ip̄e ioseph fieret certus ꝑ reuelatiōnē angeli. Quita cā fuit ſm Aug. ad honorādū sacꝝ matrimonij. Vos paupperes mulieres vtinā essetis tales ī matrimonio sicut virgo fuit ꝛ seruaretis matrimoniū tam sanctū ꝛ tā sacrū sicut maria ꝛ ioseph. Aliqui supaddūt sextā cām ꝛ dicūt ꝙ ad honorādū ioseph. Decebat eñ vt ip̄e ioseph q̄ erat virgo nuberet virgini ꝓpter excellētiaȝ virginitatis. Vos mulieres ad quē sanctuȝ habetis deuotionē? ꝛ dn̄i vxorati estis zelotipi? cōmēdetis vos btō ioseph; credo ꝙ p⁹ virginē inter oēs sctōs ioseph ē ꝓxim⁹ deo. Si eñ iohānes euāgelista reputat̄ sctūs ꝛ amicus dei: q̄ xp̄s cōmendauit sibi matrē ī cruce: q̄nto magis ioseph ē dignior cui nō soluȝ de⁹ cōmēdauit matrē: ſ₃ eā sibi dedit ī spōsā. Si eñ aliq̄s presidens vellet nubere filiam suā nō daret nisi nobili viro. Si r̄putam⁹ Johannē baptistā amicum dei q̄ ōndit digito xp̄m ꝛ eū baptisauit: tāto magis de ioseph q̄ brachijs portauit xp̄um ꝛ nutriuit. Possunt igit̄ q̄ttuor rōnes ostēdi propter quas excellit alios sanctos.

Primo ratione coniugationis: quia vir marie. Math.i.
Scđo rōne subiectionis: q̄ xp̄s erat illi subditus. Luce.ij.
Tertio ratione familiaritatis: ego ꝛ pr̄ tu⁹ dolentes.
Quarto rōne diuturnitatis: q̄ vsq̄ꝫ ad ānuȝ xxxiij. xp̄s fuit cū eo cōuersat⁹ vt dicūt cōmuniter doctores. Volo dicere o pctōres: ꝙ honoretis ioseph vt suis meritis habeat̄ grāȝ bene operādi ꝛ mūdādi ꝯscias vr̄as: iux̄ beati iacobi docu. Abijcientes ꝛc.

¶ Quātum ad secūdā partē paupes leuate capita. vultis saluari? vultis digne recipere xp̄m post cras? vēditis vnū ꝓ alio? ꝓstat̄ ad vsuram? facitis mixtiōes malas. Cauete q̄ deus videt vos. ad Hebr.iiij. Oīa nuda ꝛ apta sūt oculis eius. Dixi vobis heri ꝙ sub vmbra iusticie cōmittūtur multa mala. Dixi đ persona iudicis ꝛ actoris. Et vos domicelle nunq̄d hētis maritos đ curia: nunq̄d inf̄ponitis vos de fctō eoꝝ? inf̄ponat̄ vos đ vostre quenoille. Vos dn̄i q̄ vaditis ad cōmissiōes quid lucramini in die? quot leucas facitis? quid comeditis in die? quot testes auditis dū estis supra locū? Dicā vobis dn̄i Paulus ad Roma.xi. dicit ꝙ de⁹ scripsit vnā legē in cordib⁹ nr̄is et vbi n̄ essȝ lex scp̄ta nisi illa adhuc sufficeret ad cognoscēdū si facim⁹ bonū aut malū. Quero igit̄ a vobis si debeatis facere expēsas vni p̄sidenti vel cōsiliario velletis ꝙ faceret tā magnas expēsas ꝛ ꝙ tā lēte ꝓcederet ī facto? certe diceret̄: credo ꝙ nō. Sȝ diceretis mihi: pr̄ iste mod⁹ faciendi ē stilus curie: ꝛ ista faciūt oēs. Dico ꝙ hoc non ꝓhibet quin sit graue peccatū: q̄ leges hūane non ꝓhibēt oīa neq̄ꝫ oīa pctā. Heu pctōres: de⁹ an videt vr̄m coꝝ: ꝛ iniq̄s cogitationes ve

strας. Audiuistis quid dixi heri q̄ dn̄i eligi ad officiū iudiciale. allegabā vob heri illud Exo. xviij. de Setro q̄ ꝯsuluit moysi ꝙ eligeret viros probos nō sectantes auariciaꝫ ꝛc. Aliud ē peccatū operis qd̄ vocat̄ falsa aduocatio. de peni. di. v. c. negociū. ꝛ sūt vba Gregorij homel'. xxiiij. dicit̄ ꝙ sunt multa negocia q̄ vix pn̄t exerceri sine pctō. Et hostien. etiā Thomas in. iiij. ibi enumerat q̄ncꝫ int̄ que ponit officiū aduocationis qd̄ ē periculosissimū. ¶ Leuate capita vr̄a. Ego nolo dicere dn̄i quin aduocat⁹ si faciat qd̄ dꝫ possit saluari: sed dico cū difficultate. Sūt em̄ aliqui boni aduocati. s. xp̄s. i. Ioh. ij. Aduocatū habem⁹ apud patrē. filr̄ virgo de qua dic̄ ecclesia. Eya ergo aduocata ꝛc. Sed sunt aliqui mali aduocati q̄ sūt filij diaboli. sic̄ eniꝫ dr̄ tortor qui pendet hoīes: ꝛ sutor q̄ facit tunicas vel vestes: sic ille qui opera diaboli facit est diabolus vel fili⁹ diaboli. Dicite dn̄i i consciavestra: nunq̄d est officiū diaboli mētiri ad decipiendū aliquē? nūquid hoc faciunt multi aduocati falsi? Vos dn̄i aduocati: nunquid allegatis leges ad ꝑuertenduꝫ iudiciū? nūquid corrūpitis testū ꝗtū potestis? nūquid formatis appellationes ꝯ deū cōtra cōsciaꝫ ad destruēdū partē aduersā? nunq̄d requiritis iudicē dare sn̄iam iīquā? nūquid capitis pecunias ab vtraqꝫ parte? Respicite legem ciuileꝫ. C. de iudicijs. C. de aduocatis. vbi dicunt doctores ꝙ aduocat⁹ dꝫ habere tres cōditiōes: ꝛ hoc de necessitate salutis. Prima est scientia. Secūda est fidelitas. Tertia est diligentia.

¶ Vide ista in roberto de peccatis ad lōguꝫ et multa alia que sunt necessaria ad presentem materiam. Heu domicelle habetis maritos aduocatos: portatis zonas aureas de deceptionib⁹ diaboli mariti vestri: et cathenas argenteas et les rubans cum pater noster d̄ auro vel de gaet: melius essꝫ vobis habere bubulcum maritum ꝗ illum. Suadeo vobis si vultis saluari iuxta beati iacobi documentum thema preassumptum. Abijciētes omnē immundiciā.

¶ In vigilia natiuitatis dn̄i. Sermo. xxxix.



Abijcientes omnē immundiciam ꝛc. Dn̄s dabit benignitateꝫ et terra nr̄a dabit fructū suū. ps. lxxxiiij. ¶ Domini et aīe deuote gloriosus dei amic⁹ btūs pau. dicebat nobis heri ꝙ haberem⁹ spem ꝛ fiduciā ꝛ ꝙ irem⁹ paradisū ꝑ merituꝫ passionis xp̄i ꝛ sanguis ei⁹ totaliter in terra effusi. bona corda ꝛ boni sp̄us possent nūc q̄rere vbi possem⁹ reperire xp̄m ꝛ vn̄ venit ꝛ quō venit. Ad istā q̄ōnē rn̄det ꝓpheta regi⁹ dicēs. Domin⁹ dabit benignatē ex sūma ꝛ diuina cōdescētiōe. ꝛ terra nostra. i. beata virgo dabit fructū suū oībus gētibus desideratissimuꝫ. De isto habem⁹ figurā Geneb. xv. Ubi dixit dn̄s abrahe. in gn̄atōe q̄rta reuertētur huc. filij abrahe fuerūt in egyptū ꝛ moyses reduxit eos in terrā ꝓmissionis. Ego libent̄ quererē moysi quid rep̄ntat nobis illa q̄rta generatio sp̄ual'r ꝛ allegorice. dico rep̄ntat nobis q̄druplicē modū ꝓducēdi hoīem.

Prim⁹ ē sine viro ꝛ muliere vt adam.

Secūd⁹ ē de viro sine muliere vt eua.

Terti⁹ ē de viro ꝛ muliere vt hoīes omēs ꝛ mulieres. Quart⁹ ē d̄ muliere sine viro vt saluator de ventre virginali. Et tunc terra nostra dedit fructū suū. Terra siḡt beatā virginem. hꝫ terra tres cōditiōes. Prima q: oīm elemētoꝝ est infima. Secūda ē soliditate subtilissima. Tertia ē arida nisi sit roꝛe irrigata. Sic beatissima virgo maria fuit p̄mo infima ꝑ humilitatē ꝛ profunditatē. fuit solidissima per cōstātiā ꝛ virginitatē. fuit arida per carentiā desiderij mūdani: ꝫ fuit irrigata per sp̄usancti roꝛeꝫ seu gr̄am. De p̄mo Eccl'. xvi. Deus i terrā respexit ꝛ ipleuit illā bonis suis. i. gratijs in sua cōceptōe: in sua natiuitate: ꝛ in filij sui incarnatōe. De secūdo p̄s. Fundasti terrā sup stabilitatē suaꝫ non inclinat̄ in seculū seculi. Et hoc marie patuit in passione xp̄i: q: in ea sola remāsit fides ap̄lis titubātibus. De tertio Gene. i. Terra aūt erat ianis ꝛ vacua. ꝛ post. germinet terra herbā virentē ꝛ faciētē fructū. Sꝫ queretis a mē: p̄r quē fructū portauit? dico ꝙ ille fructus habuit tres qualitates p̄ciosissimas ꝛ dignissimas.

Prima q: fuit speciosus in natiuitate et cõuersatione: q: sicut sol exiuit.
Scḋa. ꝙ fuit ꝓciosus ĩ doctrina ⁊ ꝑdicatõe
Tertia ꝙ fuit copiosissimus in passiõe et redemptione.
¶ De primo Eccľ. xxiiij. Ego q̄ñ vitis fructificaui suauitatē odoris. De scḋo Cãticoꝝ. ij. Sub vmbra illi⁹ quē ꝺsiderabã sedi ⁊ fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. De tertio Cãtico. vij. Ascēdã in palmaꝫ ⁊ apprehēdã fruct⁹ eius. et ꝑs. Apud dñm mĩa ⁊ copiosa ⁊c. ¶ Leuate capita vr̄a. dñi nũquid comeditis libēter de bono fructu ꝑferti q̄ñ est dulcis gutturi et est boni odoris. Audeo dicere ꝙ nũq̄ȝ fuit fruct⁹ tã bonus sicut fruct⁹ vteri virginis marie. Ideo ecclĩa instituit festũ natiuitatꝭ vt disponam⁹ ad gustãdũ ⁊ comedēdũ illuꝫ fructũ. de⁹ det nobis gr̄aꝫ. Ad hoc est ad qḋ hortatᷣ iacobi documētũ. Abijcientes ⁊c. vt aũt hoc facili⁹ ⁊ digni⁹ possim⁹ adipisci implorabim⁹ gr̄am spũssctĩ per intercessionem virginis marie cui dicem⁹. Aue.
¶ Abijcientes oēm ⁊c. More solito mouetᷣ qḋ termiata ĩ doctrina magistroꝝ nostrorũ theologoꝝ: ⁊ ꝑferti a btõ Tho. iij. pte. q. xxv. et Bona. di. ix. iij: q. iij. Utrũ honor xp̄o debitus sit honor latrie seu seruitutis: ⁊ hoc ꝺm naturã hũanã. Et ista qḋ mouetᷣ ꝓ eo ꝙ pastores venerũt adorare puerũ. Ad intelligēdũ p̄ntem q̄õnē tria opꝫ intelligere. Primo quid ē latria. Scḋo quot mõis ꝑt cõsiderari hũanitas xp̄i. Tertio opꝫ r̄ndere ad q̄õnē
De primo aduertēdũ ē ꝙ istud nomē latria est nomē grecũ: ⁊ in latino significat seruitutē siue cultũ. Est aũt latria actus iusticie qui vocatur religio seruitus: vľ pietas in latino. De ista scribitᷣ Deute. iiij. ⁊ Math. iiij. Dñm deũ tuũ adorabis ⁊ illi soli ꝺuies seruitute. s. q̄ ē latria. Scḋo est aduertendũ ꝙ xp̄i hũanitas ꝑt duob⁹ modis considerari. Uno mõ vt sepata a diuitate. Alio mõ vt cõiuncta diuinitati. Dicũt ꝑmo doctores sic ꝙ in eodē honore honoretᷣ rex ⁊ tunica ⁊ vestimētũ: sic hũanitas xp̄i ꝺm ꝙ cõiungitᷣ diuinitati est adorãda adoratõe latrie. etiã dicit Scot⁹ ꝙ si nõ tanq̄ȝ qḋ sȝ tanq̄ȝ quo. Sicut eñ genu flectio exhibetᷣ tunice regi q̄ñ actu eã hȝ sup corp⁹ suũ. Sȝ si tunica regis eēt in camera regꝭ ipso stãte in ecclĩa nõ deberetᷣ sibi talis honor: sic etiã hũanitati separate a diuinitate nõ debetᷣ honor latrie.
Leuetꝭ capita dñi gaudissent iudeꝭ isto sero habetꝭ ne q̄drĩngētas petias auri ad ludendũ: cogitastis ne ad vos disponēdũ? O peccatores si mors veniret sup caput vr̄m: q̄d esset de vobis. Dixim⁹ heri ꝑ legē ciuilē ꝙ criminosus nõ ꝑt cõdere testamētũ. Sic nec ille q̄ est in pctõ mortali. Dicetꝭ forte pr̄ ego nõ suꝫ traditor neq̄ȝ ꝓditor: iõ spo saluari. Habetis. ff. de inoffi. testa. l. de statu: ꝙ dubius de statu suo nõ põtꝭ testari: nec etiaꝫ in carcerati. Ad ꝺ est regula iuris lib. vi. ꝙ nemo põt plus iuris in aliũ transferre q̄ȝ sibi cõpetere dignoscatᷣ. Casus ē patēs: flamingi ceperũt atrabatũ: ceperũt multos q̄ erãt de extraneis ꝑtib⁹ ⁊ sũt in carcerib⁹. Unus est q̄ nescit an sit seruilis conditionis vel liber. tñ ille hȝ pauca bona ⁊ vult condere testamentũ. dicit lex ciuilis ꝙ nõ põt. Simile ē religioso q̄ post annũ approbatiõis recedit ⁊ apostatat a mõasterio q̄ fecerat professionē tacitam nõ exp̄ssam talis si cõgregat bona nõ põt cõdere testamentuꝫ. Sic estis vos peccatores expectantes facere bonum vsq̄ȝ ad mortē: estis scripti ĩ libris diaboloꝝ per totã vitã vestraꝫ. Eccľ. ix. Sũt iusti atq̄ȝ sapiētes ⁊ opa eoꝝ in manu dei sunt. seq̄t: ⁊ tñ nescit homo an amore vel odio dignus sit. ⁊ seq̄tur. ꝺ oĩa in futurũ seruantur incerta. Uos dñi qui vaditis ad lupanar multi sunt sapientes ⁊ sunt opera eoꝝ ante deũ ⁊ nescit aliquis vtrũ erit saluatus vľ damnatus. ¶ Inclinate frõtes vr̄as: q: nullus põt dicere saluabor: ꝺ solũ sciem⁹ quãdo erim⁹ in morte cũ sententia erit data super nos ⁊ cũ sciem⁹ nõ erit pl⁹ remediũ. heu pctõres postq̄ȝ status noster ē sic periculosus. Emēdetis vos ⁊ de⁹ dabit vobis suã mĩaꝫ. Ad illã habēdam oportet facere iuxta beati Jacobi documentum. Abijcientes omnem immundiciam ⁊c.
¶ In isto sermone erũt due ptes ꝑncipales.
Prima erit de incarnatiõis sacratissime ꝓfunda dignitate.
Secunda erit de peccatricis anime virtuosa purgatione.
¶ Quantũ ad primã vidim⁹ quattuor signa per que cognoscim⁹ ꝙ xp̄i icarnatio ē mirabiliter exhibita. Restat declarare q̄ntũ qḋ ē gaudiosa virgis ꝑturitio. Refert btissimus

Lucas in euangelio qd in media nocte celebrat. Exijt edictū a cesare augusto vt describeret vniuersus orbis. Tūc ioseph ascendit a galilea cū maria pregnāte vt profiterent in ciuitatem suā bethleē. et factū ē dum ibi essent. Impleti sunt dies vt pareret et pepit filiū suū primogenitū et pānis inuoluit et reclinauit in presepio: qz nō erat ei locus in diuersorio. ¶ Ad sacrū misteriū intelligēdū tria circa natiuitatē xpi insinuātur.

Tempus.

Locus.

Et modus.

¶ De primo Mat.xxv.ca. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit. Xps igitur in media nocte. De secundo Michee.v. Tu bethleez terra iuda nequaqz minima es in principibus iuda. De tertio.iij. Reg. vltimo Rex mutauit habitū suū et intrauit bellū Dixim⁹ i supiorib⁹ qp incarnatio qnqz signis sensibilib⁹ fuit ostensa. Restat quitū.s. gaudiosa parturitio quo ad tps: quo ad locū: quo ad modū. Dñi vadatis ad matutinas audietis a diacono in missa medie noctis qp imperator octouianus mādauit qp describeret vniuersus orbis: ad sciendū quot habebat villas et castella et subditos: et ponerent oia in scriptis. Tūc ioseph dixit virgini qp oportebat obedire precepto impatoris: et ire in bethleē de q ioseph erat natus. Erat bethleem parua villa sita p duo miliaria a hirlm sicut distat villa sancti dionysij a villa parisij. Qñ venerūt bethleē nō potuerūt inuenire hospitiū vbi ioseph et maria possent hospitari. Ideo venerūt ad fallā ciuitatis que erat locus cōis vndiqz apertus. super q beatissimus Bernardus de natiuitate xpi dic. Expergiscimini o peccatores et letamini vos q in sordibus vris et pauptatib⁹ nutrimi: gaudete et cōteplamini regē celi et terre. nō in regali solio et mundi pōpa: s in vili stadio et iumentoꝝ presepio collocatū. Vos paupes religiosi mēdicātes q elegistis statū pauptatis propter deū et cōtēpsistis oia: gaudete inquit Bernard⁹ et videte in spū cōteplatōis regē vestrū xpm nō elegisse palacia grādia: s stabulū iumentoꝝ. Tūc ergo ioseph et maria q erat iuuenis etatis.xiiij. vl.xv. annoꝝ venerunt ad forū: et tunc impleti sūt dies vt pareret: et peperit dū oēs dormirēt.s. in media nocte. ¶ Sed queretis mihi vtrū virgo habuerit dolorē vel vtrū mutauerit colorē qp facta fuerit pallida: Dico qp non. dicūt doctores contēplatiui: qp in instanti parturitōis quidā fulgor redundabat ad faciem virgīs adeo magnus: qp ioseph eam videre non poterat: et illo fulgore durante sine dolore et sine reddendo aliquā materiā supfluā: etiā sine frangendo claustra virgitatis edidit saluatorē. Sicut em radi⁹ solis transit p vitrū non frangendo vitrū: sic etiam beata virgo maria genuit xpm sine fractione. De q natiuitate cantat ecclesia in officio crastine diei Descendit de celis de⁹ ver⁹ a patre genitus introiuit in vterū virginis nobis vt appareret visibilis idutus carne humana: et exiuit per clausā portā de⁹ et homo: lux et vita conditor mūdi. Et in vna alia antiphona dicit Genuit puerpera regē: cui nomē eternū et gaudiū matris habēs cum virginitatis honore: nec primā similē visa est: nec habere sequentē. Filie hirlm quid me admiramini: diuinū est misteriū hoc qd cernitis. Sz queretis a me. Pater quid fecit xpo virgo maria: Dico qp postqz ipsum recepit in man⁹ suas sine adiutorio cuiuscūqz obstetricis ipsa puerū portantē et similē vocem alijs emittentē reclinauit in presepio. Et quē genuit adorauit: vt cātat eccl'ia. ¶ Ex isto possum⁹ elicere: qp circa puerū maria qttuor fecit.

Primo puerū proprijs manibus suscepit.

Scdo eū deosculata fuit.

Tertio pannis inuolutum in presepio reclinauit.

Quarto quē reclinauerat adorauit.

¶ Quantū ad pmā partē ſi recordamur eorum q̄ dixi a pricipio iſtius aduēt⁹: poteſtis clare itelligere miſteriū incarnatiōis. Dixi vobis ꝙ totū miſteriū incarnationis i quīqꝫ partes diuidebaṫ. Finaliter vidim⁹ quō fuit ſenſibiliter icarnatio xp̄i nobis exhibita. Vidimus quō virgo venit in bethlee₃ et non inuenit aliquē qui hoſpitareṫ eā ⁊ māſit prope beſtias ⁊ paſtores viſitauerūt ea₃: nunc videndū ē de noīe pueri. Videmus ꝙ quando puer natus eſt: tūc pater querit patrinos ad imponēdū ei nomē. Jdeo i iſto ſexto miſterio videbim⁹ nouē p ordinē: ſc₃.

Primo ꝙ nomen ſaluatoris fuit chriſto impoſitum.

Secūdo qualiter fuit a patre eternaľr pnominatum.

Tertio quomodo fuit illud nomen prefiguratum.

Quarto q̄liter nomē fuit approbatu₃.

Quīto quō ab angelo fuit pdictū.

Sexto qualiter fuit ꝟgini glioſe nūciatum

Septimo apud omnes criſticolas fuit veneratum.

Octauo qualiter eſt ſuper omne nomen exaltatum.

Nono qualiter duodecim ſplēdorib⁹ fuit illuſtratum.

¶ Dn̄i leuate ſpiritus veſtros pro itellectu preſentis materie op₃ intelligere qō habeṫ Prouer. xxx. Qualiter a Salomone quinqꝫ queſtiones quas nunqꝫ potuit aliquis pbs intelligere facte ſunt.

Prima qs in celū ascendit ⁊ descendit:⁊ qs ptinuit spm̄.i.ventū in manib⁹ suis.
Secūda qs aquas colligauit.
Tertia qs terminū terre scit.
Quarta quō terra eminet sup terrā.
Quita si nosti qd nomē dei ē ⁊ nomē filij.
¶ Quid dicitis dn̄i:qs ascendit in celum:qs tenet ventū in manu sua:quis ponit aquā in vno loco:qs est ille q eleuauit mōtes super terrā:⁊ si ē aliqs q scit eū dicat nomē ei⁹ et nomē filij sui.q.d.q: istud est mirabil'r difficile. Aristo.in metaphisica sua in qrto dicit:ꝙ rō quā significat nom ē diffinitio ei⁹. Et ideo Isidorus i libro ethimologiaꝝ dic. ꝙ nomē dr quasi notamē: q: nom dicit i rei noticiam. Non ē aūt aliqd nomen qd possit xpm notificare perfecte ⁊ distincte. Illd autem nomē de quo loqtur Lucas secundo capitulo. Ducit nos aliquo modo in cognitionem eius. Dicit enim Lucas. postq̄ ɔsummati sunt dies octo vt circūcideret puer vocatū est nomē ei⁹ iesus. Et si queratis a prē suo:pater sancte qualiter vocabit filius vester nouiter natus: Rn̄det per os luce. Vocatum ē nomē ei⁹ ihs. Quare pr̄ sancte fuit sibi impositū istud nomē ihs: Dicit phs.iiij metaph.ꝙ nomē dz iponi a proprietate rerum.sicut sol dr quasi solus lucēs vel super oīa lucēs.vide Tho.iij.pte.q.xxxvij. Imponūtur g̃ noīa.pmo a proprietate rerū:sicut sol. scdo ab effectu aliquo: sicut Jacob:q: vidit dn̄m vocat⁹ fuit israel. Et q: supplātauit bn̄dictionē fratris fuit vocatus Jacob. Tertio mō ab officio:sicut Grego.dicit ꝙ noīa āgeloꝝ sūt noīa officij nō nature.qm̄ vt dic beatus Tho.in pma pte.q.l. Angeli sūt a miliers gallice: ⁊ excedunt oēm multitudinem corporalē: ⁊ ideo noīa imponūtur eis ab officio. O dn̄i ⁊ aīe deuote si xpus pn̄taret oībus angelis: nō possent nomē ꝓpriū ⁊ adequatū imponere.⁊ si clamaretur istud nom iesus:oēs venerarent ⁊ adorarent. Dicit ergo ysido.ꝙ nomē aliqd vel a ꝓprietate rei: vel euentu vel officio. sic etiā istud nomē iesus fuit impositū xpo ꝓpter istas tres ꝓpetates vel cōditiones. prio a proprietate rei: q: bm remigiū Jesus hz quadruplicē interpretatiōnē.dicit em̄
Saluator:q: a pctis mūdat.
Salus:q: ab īimicis liberat.
Saluta ris:q: grām donat.
Salutare:q: gloriā pparat eternā.
¶ De primo Math.i. Ipse em̄ saluū faciet populū suum a peccatis eoꝝ. De secūdo Luce.i. Salutem ex īimicis nr̄is. De tertio ps. Redde mihi leticiā salutaris tui ⁊c. De qrto Gene.xlix. Salutare tuū expectabo dn̄e: id ē gloriā a te mihi pparatā. Estis hic mulieres q habetis filias:⁊ qn̄ estis irate dicit diabolus te importet. Vos horretis nomiare nomē dn̄i nr̄i iesu xpi. Cōiter dr ꝙ i ydiomate cognoscitur hō de qua patria sit. si sit vnus picard⁹ q audiat vnū picardū loq:tūc dicet sibi.vos estis d no pays p me foy. Vos dn̄i sitis securi ꝙ si loquamini de inferno ⁊ de demonibus vos estis d son pays: ⁊ sic eritis damnati. Nūc aūt veniam⁹ ad propositū nostrū. Puero iesu datū est istud nomē ihs Primo ꝓpter ꝓprietatē:q: ꝓprietas sua est parcere peccatis. Ideo angel⁹ in sōnis apparuit Joseph dicens ei. Noli timere accipere mariā in vxorē siue in cōiugē. Et sequit. vocabitur nomē eius iesus. Ipse em̄ saluū faciet pplm sui a peccatis eoꝝ. Scdo vocat iesus puer iste:q: dat nobis salutē liberādo nos ab inimicis nostris.ideo dicebat Zacharias pater Joh.baptiste. Vos filii mi estis q debetis pparare viam dn̄i qui dabit salutē nobis ⁊ liberabit nos ab īimicis. Tertio nominat iesus ex officio:⁊ est salutare nostrū et est gloria cōsummata. Ipse em̄ dat nobis grām gratificantē in presenti ⁊ gl'iaꝫ in futuro. O bn̄dictissimū nomē. o bn̄dictissim⁹ xps qui insignit⁹ē tali noīe. Doctor moneo: ꝙ istud cōteplemini: vt sitis participes meriti sue incarnationis. Juxta beati Jacobi documētum. Abijcientes oēm ⁊c.
¶ Quantum ad secūdā partē. Vos dn̄i mūdastis ne cōscias vr̄as:estis adhuc in bono statu: Utinā mūdi essetis oēs. Forte dicetis: pater quid deponemus: Vobis dixi ꝙ debetis deponere peccata operis. Et dixi trideci et vltimū fuit abstinere a ludis dissolutis. Certe si iusticia esset talis qualis dz esse in ista ciuitate ⁊ ēt i alijs ciuitatibus: lud⁹ de hasart du glic des cartes ⁊ de deꝫ:nō regnarent tam cōiter sicut iaꝫ faciūt. Ego nō habeo nisi linguā:dn̄i vos habetis manuꝫ:ego me plango xpo dn̄o meo pendenti in cruce de vobis si nō faciatis iusticiā. ¶ Restat di-

cere de alio peccato.s. de vsura dānata. Cre
do ꝙ Dauid habebat noticiam de grauita=
te istius peccati quando dicebat. Dn̄e q̄s ha
bitabit in tabernaculo tuo. Et sequit̄. Qui
iurat proximo suo ⁊ nō decipit: q̄ pecuniam
suā nō dedit ad vsurā: ⁊ munera sup inno=
centē nō accepit. Puer iesus volebat ꝙ fuga
retis vos ab isto peccato qn̄ dicebat Lu.vi.
Mutuū date nihil inde sperantes. Quere=
tis a me: pr̄ quid est vsura? Respondet̄ i ca=
none.xiiij.q.iij.ca.plericq̄.⁊ ca. vsura.⁊ i ca.
se. Usura ē quicq̄d sorti accidit siue sit vestis
siue pecunia ⁊ oē illud q̄dcūq̄ fuerit. Uulti
dn̄i vos mūdare? oportet transire p istā por
tam vel dānari finaliter: opʒ restituere habi
ta per vsuram si habeatis quid vel de quo.
Uos paupes mūdani ista noua videnť vo=
bis difficilia. heu aīabus vestris. habetis in
hac villa lōbardos qui publice dant ad vsu
ram: dicetis ꝙ nō vtimini vsura patēti sed
palliata. verbigratia. Est aliquis hō paup
indigens pecunia: ipse q̄rit a mercatore vl'
ab aliquo alio vt ei concedat. Tunc merca=
tor querit ab eo si habeat terrā vel possessio=
nem: ⁊ si nō habeat emit sup domū decē li=
bras reddituū singulis ānis. Hoc ē vsura: ni
si emeret totaliter domum. ideo dicit Ray=
mūdus ꝙ quando emit ⁊ dat gr̄az redimē
di ⁊ iuste emit ⁊ soluit: si nō habeat intētio
nem sinistrā vel prauā: tunc nō esset vsura.
Sed posito casu ꝙ homo nō sit liber q̄dī=
geat: tu vides necessitatē ei⁹ q̄uis cōtract⁹
non sit vsurari⁹ de se: q2 tn̄ tu es mercator pi
guis ⁊ habes bona abūdanter ⁊ supflue vl=
tra q̄ʒ deceat personā ⁊ statū tuū ⁊ nihil fa=
cis de pecunijs tuis. Iste pauper hō q̄rit ꝙ
tu cōmodes: ⁊ tu vides necessitatez ⁊ nō vis
facere: tu peccas mortaliter q̄uis nō cōmit
tas vsurā. i. Joh. iij. Qui viderit fratrē suuʒ
necessitatem hn̄tem ⁊ clauserit viscera sua:
quō charitas dei manet in illo. q.d. non ma
net. Eodē modo dicendū est de aliquo debi=
tore cui cōcessistis pecunias ⁊ nō potest tibi
satisfacere ⁊ tu habes vnde potes tibi pui=
dere sine illo: si ipse vendat bona sua propť
hoc tu damnas teipʒ. ¶ Uos domini sacer
dotes: nunq̄d concessistis ad vsuram bladū
quod habetis de beneficijs vestris? Et vos
domini campsores sub nomine impignora
tionis: nunq̄d conceditis sub aliquo pigno
re et sub prato vel agro decem scuta vt inde
habeatis fructus. Et vos domini mercato=
tores qui conceditis centum scuta in auro
et residuū in mercantijs: ⁊ facitis tantuʒ ꝙ
detur vobis instrumentum de centū scutis
a vobis concessis: vbi tamen fortassis mercā
tia non valebat vigintiquinq̄ vel vigintise
ptem. ¶ Estis hic clerici des finances galli
ce: ⁊ vos thesaurarij: nunquid armigeri dāt
vobis decem scuta vt anticipetis solutiōes
eorum? Certe hoc est vsura. Uos dicitis ꝙ
officium parum valet: sed tamē practice sūt
bone. ad oēs diabolos tales practice. Uos
etiam dicitis ꝙ officiuʒ vestrum constat vo
bis multum: ⁊ sic il fault se recompenser et
rembourser gallice. Omnia ista nihil valēt
et talis modus faciendi est valde periculo=
sus. ¶ Et vos mulieres: nunquid portatis
tunicas foderatas et ʒonas aureas de ista
pecunia: oportet restituere vel damnari. Si
igitur vultis esse participes incarnationis
domini nostri iesu christi: facite illud quod
suadet thema Beati iacobi assumptū, Abij
cientes omnem ⁊c.

¶ Eadem die post prādiū,
Sermo.xliij.



ABijcientes omnem inmūdiciā ⁊c.
Lapidabant Stepha=
num inuocantem et di=
centem. Ne statuas illis
hoc peccatum. Actuum
vij. capitulo. ¶ Domini ⁊ anime deuote qui
estis hic congregati ad audienduʒ aliquid
pro salute animarum vestrarum. Ecclesia
proponit vobis Stephanuʒ ad honoreʒ cu=
ius multe ecclesie et quasi omnes. prime in
regno francie sunt dedicate et consecrate.
Ego enim per totum aduentum laboraui
q̄ʒtum potui ad ponendum vos in bono sta
tu: taliter ꝙ essemus participes icarnatio=
nis christi. Modus huius status et disposi
tionis est vnitas volūtaria: vt dicit beatus
Bernardus: per quam vnitatem vel volun=
tatem quis adheret deo et vnus spirit⁹ effi=
citur cum eo. Habetis sermonem quem re=
fert Johannes in cena queʒ predicauit chri
stus dicens. Joh. quitodecimo capitu. Qui

manet in me & ego i eo hic fert fructū multū. Ad istā vnitatē desiderabat venire btūs stephan⁹ qn̄ dicebat. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Modus veniendi est gratia gratificās q̄ reddit aīam tēplū spūssctī. Ista aūt grā (vt dicit Bonauētu.) pcedit.
Primo ab abūdātia charitatis.
Scdo a promptitudine volūtatis.
Tertio ab ordinatiōe operis.
¶ Beatissim⁹ stephan⁹ habuit istas tres conditiones: q2 ipe lapidat⁹ inuocauit dn̄m dicens. Ne statuas &c. Primū reqrebat ps. qn̄ dicebat. Sicut adipe & piguedine &c. Scdm ondit Pau. ij. Cor. ix. Nō ex tristicia aut necessitate. Hilarē ei datorē diligit de⁹. Ad tertiū admonebat nos xp̄s dicēs. Joh. xiiij. Si quis nō diligit me sermones meos non seruat. Si q̄ratis a me: frater quō poterimus istā grām hr̄e p quā poterim⁹ vnū effici cum deo: Dico q̄ si habueritis ista. s. abūdantiam charitatis: promptitudinē volūtatis: & arduitatē operis: eritis vnū cū deo. Nam btūs stephanus habuit ista in triplici prelio.
Primo in bello disputatiuo.
Scdo in bello accusatiuo.
Tertio in bello cōminatiuo.
¶ De pmo dicebat xp̄s. Lu. xxi. Trahētvos ante reges & psides. ponite i cordib⁹ vr̄is nō pmeditari queadmodū respondeatis. Ego em̄ dabo vobis os & sapiam cui nō poterūt resistere omēs aduersarij vestri. Et de hoc i epl'a hodierna dr̄ q̄ surrexerūt qdā de synagoga ↄ̄ stephanū: & nō poterāt resistere sapientie & spiritui qui loqbat. Scdo ipe habuit istas tres cōditiones in bello accusatiuo. Oēs em̄ qui erāt in ↄ̄silio intuebātur vultū eius tanq̄ vultū angeli stātis int illos. Tertio habuit etiā in bello cōminatiuo: qm̄ (vt ibidem scribit) cōtinuerūt aures suas: & eijcientes extra ciuitatē lapidabant. Iste aūt cōditiones probātur in btō Stephano fuisse. Prima Johan. xv. Maiorē charitatē nemo hz vt &c. Secūda pz per paganū Aristotelem in lib. ethicorum: q̄ oīm terribiliū terribilissimū ē mors. Tertia difficultas operis pbatur fuisse in illo. s. propter gen⁹ mortis quod sustinuit.
Primo pter diuturnitatē pene.
Scdo pp angustiā amaritudinis.
Tertio ex circūstātia illorum p quib⁹ orabat.

¶ Non em̄ orabat p amicis: sed p inimicis positis genibus in terrā dicēs. Dn̄e iesu &c. Ecce dn̄i & aīe deuote quō beat⁹ Stephan⁹ fuit coniūct⁹ & vnit⁹ deo. queratis ergo illi si sit particeps incarnationis xp̄i nouiter nati: vel si habuit paradisū ducendo talem vitā qualē vos ducitis nutriendo corp⁹ delicate viuendo in luxurijs & banqtis donando bona eccl'ie et crucifixi meretricib⁹ & hystrionibus: nutriendo canes de bonis pauperū: et aues rapaces. Dn̄i eccl'iastici: vos habetꝭ regulā iuris in li. vi. Si quis in ius succedat alterius eodē iure quo & ipse vti dz. Et Aristo. paganus. v. ethicorum di. q̄ minus malum eligibili⁹ e st maiori malo. Melius esset vobis fuisse mortuos in vteris matrū vestrarum: q̄ ducere vitā quam ducitis. Heu pauperrimi peccatores: Stephan⁹ erat plenus grā & spūsancto: boni testimonij et plen⁹ fortitudine. Volo dicere q̄ si nos non volum⁹ subire martyriū pro xp̄o sicut stephan⁹: q̄ saltem laboremus ad mūdādū cōscias nr̄as: vt simus participes incarnationis. Iuxta beati Jacobi documentū. Abijcientes &c.
¶ Abijcientes oēm &c. More solito mouet questio terminata a magistris nr̄is theologis & presertim a Bonauentu. in. iij. disti. x. Utrum scz nos simus filij adoptione ipsius xp̄i vel per adoptionē patris vel pncipij. Dicit ipse q̄ principiū i diuinis aliqn̄ capit essentialiter respectu creature: & aliqn̄ nocionaliter dr̄ respectu persone. Et q2 eadem est sapientia: virtus essentia: et bonitas i trib⁹ personis per q̄s filij adoptiui dicunt. ideo dic q̄ non solum sumus filij adoptiui patris: sed etiam filij & spūssancti. Et ideo in figura h⁹ dicitur in euāgelio sepe: q̄ quando xp̄s aliquem sanabat dicebat: remittūtur tibi peccata tua: et non dicebat remitto. vade fides tua &c. Modo si diceremur solūmodo filij adoptiui patris diceret sic. remittit vel remitto & non remittūtur &c.
¶ Leuate capita vestra dn̄i. Audiuistis cōbinationē de qua locuti sum⁹ heri tractādo illud Johā. pmo. Uerbum caro factum est. Ista combinatio nō ē solū de passibili: sed de facto. Opz cōsiderare de alia cōbinatione q̄ est aie vestre cum deo suo creatore. Ista aūt cōbinatio impedit per peccatū mortale per quod anima efficit filia diboli: et istud est

peius qd̄ potest ipsi aīe rōnali cōtigere. Ha-
betis ad h̄ legē ciuilē. C. nemi licere signuz
saluatoris in terra vel ī marmore ponere. et
incipit lex. Cum sit nobis cura sūmi numi
nis religionē tueri ⁊c. Idē ferme hr̄ extra d̄
officio iudicis ordinarij lib. vi. ca. Si canoni
ci. §. Ceterū detestabilē abusū. Credo dn̄i ꝙ
nemo ē vestrū qui vellet ponere pedez super
ymaginē crucifixi. ꝙ si in cōtēptū dei face-
ret [dicūt leges] ꝙ talis dȝ puniri pēa capi
tis. Sed quero a vobis qd̄ est peius: vl' pone
re peccatū mortale in aīa: vel ponere pedez
super crucē. Clarū est ꝙ aīa p̄ciosior ē cruce
nulla em̄ ē cōparatio. Solū ē cōparatio ƀm
phm̄ in septimo phisicoꝝ inter ea que sunt
eiusdem speciei. Rogo ergo vos ꝙ nō ponatis
aīas vestras sub pedib⁹ vr̄is ⁊ sub ptāte de-
monū. i. Chorꝝ. vi. An nescitis [inquit pau-
lus] q: mēbra vestra tēplum sūt spūssancti.
¶ Estis hic dn̄i qui tenetis lupanaria: Ubi
sunt ordinatiōes sancti ludouici regis: ipse
em̄ ordinauit ꝙ lupanaria nō essent prope
collegia: ⁊ nūc ꝗȝ primū exeūt collegiū: ipis
scholarib⁹ occurrit lupanar. Sȝ quale reme
diū: si defecerim⁹ [si pro q:] Dn̄i mundemus
cōsciās nostras ⁊ erimus participes īcarna
tionis dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Iuxta bea. Iac. docu.
Abijcientes ⁊c.

¶ In isto sermone erunt due ptes.
Prima erit de incarnationis sacratissime ꝑ
funda dignitate.
Scd̄a erit de aīe peccatricis virtuosa pur-
gatione.

¶ Quantū ad primā ptē. Leuate capita vr̄a
dn̄i recordamini eoꝝ q dixi vobis hodie ma
ne. Diximus em̄ ꝙ noīa quandoqȝ imponū
tur a proprietate: aliquādo ab euentu: aliqn̄
ab officio. Uidimus quō illas tres proprie-
tates istud nomē iesus fuit appropriatum
puero nato. Scd̄o videndū ē qualiter istud
nomē fuit ab eterno patre prenominatū si-
ue institutum. De isto loquit̄ Isayas. lxij. c.
Propter syon nō tacebo ⁊ pp hirlm nō quie
scam donec ingrediatur vt splēdor iust⁹ ei⁹:
et saluator eius vt lampas accēdatur et vo-
cabitur nomen nouum quod os domini no-
minauit. Quis poterit ponere nomen filio
eterno: nisi pater eternus: Certe null⁹. Sed
queretis a me: frater cuȝ deus pluribus no-
minibus nominet̄ [hoc dicit Isidorus in li.
ethimologiaꝝ] ⁊ ponit decē nomīa. s. hely:
ya: emanuel: ⁊ sic de alijs. Quare vocat̄ h̄ no
mine iesus: Isayas em̄ dicit. viij. Voca nom̄
eius accelera festina predari spolia detrahe
Et. vij. vocabit̄ nomen eius. admirabilis cō
siliari⁹. Bea. Tho. in. iij. parte. q. xxxvij. arti. ij.
dicit ꝙ ꝗuis deus habeat multa noīa in sa
cris scripturis: q: tamen denoīatio a digni
ori dȝ esse: ideo debuit imponi istud nomen
iesus: qd̄ importat oīa alia nomina. Nomia
em̄ imposita diuinitus spectant ad salutez
generis humani: vt emanuel: qd̄ interp̄tat̄
nobiscū deus, rep̄ntat vnitatē duaꝝ natura
rum: ⁊ sic xp̄s vocatur emanuel. Scd̄o vocat̄
saluator: q: medium fuit in passione. Tertio
vocatur predator seu spoliator: quia ī die re-
surrectionis spoliauit infernum ⁊ saluauit
genus humanum. Q: vero hoc nomē Iesus
omnia ista includit. Ideo cōueniētius puer
iste nouiter natus vocat̄ iesus: ꝗȝ aliquo a-
lio nomine. Utinam patres ⁊ matres addi
sceretis pueris vestris nomē istud quo de⁹
filiuȝ suum nominauit ⁊ non noīare diabo
lum. Istud est nomen iesus de quo p̄s. A so
lis ortu vsqȝ ad occasum ⁊c. ⁊ alibi. Propt̄
nomen tuum dn̄e propiciaberis ⁊c. Iō deuo
tissimus anselmus in quadam orōne dicit.
O bone iesu esto mihi iesus saluator. Sal-
ua igitur me a peccatis multis ⁊ maximis
expositum atqȝ horrendissimo pelago infer
ni detrudendū: ergo per nomē tuū qd̄ admi
rabile salua me domine. De isto loquit̄ bea
tus Pau. ad Philip. ij. In noīe iesu oē genu
flectatur celestiū terrestriū ⁊ infernoꝝ: ⁊ om
nis lingua cōfiteat̄: q: dn̄s iesus xp̄s in glo
ria est dei patris. Heu peccatrices aīe recur
rite ad puerū iesum in spū cōtēplatōis ⁊ di
cite ei. O bone iesu ob reuerentiam tui pa-
tris qui hodie dedit nomen quod est sup oē
nomē: da mihi oīm peccatoꝝ meoꝝ veniam:
et sic eritis p̄ticipes incarnatōis. Iuxta be.
Ia. docu. Abijcientes ⁊c.

¶ Quantum ad secūdam partem. Quero vo
bis secularibus: vtrum disposueritis vos ꝑ
festo natiuitatis xp̄i: posuistis ne vos in bo
no statu: preuidistis ne mundationem con-
scientie vestre: Et vos dn̄i regentes estis ne
obligati gerere curam de scholaribus vr̄is:
Quid habetis. iij. Reg. xx. Custodi virū istuȝ
quasi lapsus fuerit; erit aīa tua ꝑ aīa eius.

Istud intelligit̃ ꝛ de scholarib⁹ ꝛ regẽtibus p̃latis ꝛc. qui nõ debent maleviuere nec male agere ne p̃beant scãdalũ suis subditꝭ: sed debent eos corrigere. Habet̃ em̃ lxxxiij. dist. Error cui ñ resistit̃ approbat̃. Negligere cuꝫ possis pturbare peruersos nihil aliud ẽ q̃ꝫ fouere: nec caret scrupulo societatis occulte q̃ manifesto facinori desinit obuiare. Habem⁹ xi. q. iij. c. Priuilegiũ. et ẽ translatũ pro reg̃la iuris li. vi. ꝙ priuilegiũ meret̃ amittere: q̃ sibi cõcessa abutitur potestate. Uos dñi magistri artiũ qñ eligitis rectorẽ percutitꝭ socios ṽros in eccl'ia ꝛ postmodũ dicitis ꝙ non recordamini: vos estis excõicati: ꝛ si suscipitꝭ corpus xp̃i estis irregulares: suspẽsi ꝛ priuati executione officiꝭ: ꝛ nullus potest vobiscũ dispẽsare nisi roman⁹ pontifex. Licet abbas cuꝫ religiosis suis possit dispensare intuitu ordinis vel religionis ne det̃ religioso occasio vagandi. extra de sentẽ. excõ. ca. cum illorum in antiquis. Dixi hodie mane de usura detestanda. Restat dicere de abhominabili sacrilegio. Est aũt triplex sacrilegiũ,

Primo sacrilegiũ ẽ i sacramẽtis.
Scd'o i locis sacris vl' p̃sonis sacrat̃.
Tertio in tpalib⁹ bonis.

¶ De istis tribus loq̃tur dauid satis aperte dicẽs. Deus venerũt gẽtes ꝛc. gentes seu pagantice viuẽtes. polluerũt templũ sanctum materiale vel sp̃uale. Ecce primũ. posuerunt hi'rl'm in pomoꝝ custodiam. Ecce secũdum. posuert̃ morticina seruoꝝ tuoꝝ ꝛc. Ecce tertium. Quid habetis vos dñi canoniste i maiori volumine capi. nulli. xij. q. ij. Nulli liceat ignorare omne qd' dño cõsecratur siue fuerit hõ vel aial siue ager vel quicq̃d semel fuerit ꝯsecratũ sanctũ sanctoꝝ erit dño: ꝓpter qd' inexcusabilis erit ois q̃ dño vel eccl'ie cui cõpetit vastat aufert impedit vel eripit ꝛ sacrilegus iudicet̃. Estis hic dñi sacerdotes: ꝓuenduntur ne in ista ciuitate sacramẽta vt confessiones ꝛ alia? Et vos lenones: nunq̃d cõmittitis sacrilegiũ quando facitis mercata in ecclesia cum meretricib⁹ vestris? Heu de⁹ meus miror ꝙ oẽs sancti qui requiescũt in eccl'ia non surgunt ad eruendũ vobis oc'los. Et vos dñi sacerdotes estis ne sacrilegi luxuriando cuꝫ meretricib⁹? nunq̃d fecistis et sacerdotes dyaconi ꝛ subdiaconi votũ solẽne: vt hr̃ ca. vnico d' voto ꝛ voti redemptiõe, libro sexto. Et vos meretrices qui sunt illi q̃ dederunt vobis tunicas ꝛ iocalia? nunq̃d illa venerũt d' bonis crucifixi? Et vos dñi tẽporales qui opprimitis ecclesias ꝛ aufertis eis bona. Certe sic. volo dicere. oĩbus ꝙ satisfaciatis de sacrilegio vt deus det vobis gratiaꝫ bene agendi ꝛ continuandi i bonis operib⁹ vt sitis participes meriti incarnatiõis dñi nostri iesu xp̃i. Juxta the. bea. Jaco, assũptũ Abijcientes oẽm immũdiciã ꝛc.

¶ In die sancti Johannis euãgeliste de mane. Sermo. xliiij.


Bijcientes omnem immũdiciam ꝛc. Exaltabit illum apd' proximos suos: ꝛ noĩe eterno hereditabit illũ. Eccl'. xv. ca. Et in ep̃la hodierna. ¶ Dñi ꝛ aĩe deuote mater eccl'a iugiter infra octauas natiuitatis christi celebrat festa sãctoꝝ ꝑ que possumus prouocari ad seruiendũ deo et diligendũ eum. Heri habuim⁹ de martyrio bti Stephani qualiter mortẽ ꝑp xp̃m passus ẽ. Hodie habemus festũ sancti Johãnis euãgeliste: de quo dicit hodiernum euãgeliũ. Uidit illum discipulum quem diligebat iesus. nã xp̃us dominus ostendit beato iohanni suũ amorem tripliciter.

Primo in secretoꝝ cõicatiõe.
Scd'o i matris recõmẽdatione.
Tertio in donoꝝ multiplicatiõe.

¶ Dico ꝙ beat⁹ iohãnes fuit a xp̃o dilectus pre alijs. Et hoc patet tripl'r. P'rio in cõicatione secretoꝝ. cõicauit em̃ ei xp̃us familiariter sua secreta. Et de isto habetur Mathei xvij. qualiter ostendit ei suam transfigurationem. Assumpsit iesus petrũ ꝛ iohannem et iacobum fratrẽ eius ꝛc. Itẽ in suscitatione puelle Math. ix. Et sic quando xp̃s volebat tribus facere aliquã gratiam: Johãnes erat vnus de illis: vt patet. Item si duobus iohannes erat vnus. Solum em̃ matheũ ꝛ iohannẽ fecit euangelistã ꝛ apostolum. Itẽ si volebat facere vni: ipse erat ille solus: vt pꝫ cum in sinu suo in cena recubuit. Secundo ostendit xp̃us suum amorem in sue matris recommendatione. Rem enim chariorem si

bi in mundo commendauit iohanni. Christus enim in hac vita possedit quinq3: scilicet corpus: aiam: modicam temporalez substantiam: ecclesiam: et matrem propriam. Corpus commendauit nichodemo: animā commendauit patri: temporalem substantiam relinquit iudeis: ecclesiam commendauit petro: et matrem beato Johanni euangeliste. quod indicium fuit magni amoris. s. ratione rei commendate: q. s. tantum thesaurum sibi cōmisit: et ratione recommādantis: q. s. suorum vulnerum oblitus matris non obliuiscebatur et dilecti discipuli recordabatur. et ratione modi recommandandi: q. non dixit ecce seruus tuus vel nepos tuus: nec dixit: ecce domina tua: sed dixit ecce mater tua. Tertio ostendit ei xp̄us suum amorem in donorum multiplicatione in donis prerogatiuis et gratijs que dedit ei. Unde Paulus ad Ephe. iiij. capitu. Dedit quosdam apostolos quosdam autem prophetas: alios euangelistas: et doctores in edificationē corporis xp̄i donec occurramus omnes etc. quasi dicat ad contemplādum numerum saluandorū placuit christo domino nostro iesu christo ponere diuersos status. Fecit enim magnaz gratiam ysaie cum ipse fecit eum suum prophetam. Et etiam fecit beato Jacobo magnam gratiam quando fecit eum appostolum suū. Luce quando fecit eum euangelistam suū. Augustino autem quando fecit eum cōfessorem suum et doctorem. Agneti quando fecit eam virginem. beate Barbare etiam fecit magnam gratiam dominus noster quādo fecit eam virginem et martyrem. Et sic de multis alijs sanctis. Sed beatus iohannes euāgelista fuit electus ad omnes istos status. Fuit enim apostolus. fuit propheta scribendo apocalipsiz. Quia [vt ait Hieronymus] omnia verba apocalipsis sunt plena mysterijs. Fuit euangelista: quia nullus aliorum euangelistarum ita alte locutus est de diuinitate. Fuit doctor: quia scripsit tres epistolas canonicas. Fuit pastor in asia. Fuit virgo: quia virgo electus a domino: et inter ceteros magis dilectus etc. Et vt dicit Beda. virgo in euum permansit. Christus enim fuit in nuptijs vbi conuertit aquam in vinum: et tunc post prandium vocauit euz et ad se traxit. ¶ Exaltauit ergo illum apud proximos suos inter omnes sanctos noui testamenti Quid ergo nobis restat agendum vel faciēdum vt simus serui eius: et paradisum ascēdamus et simus cum eo in gloria: Certe parum est audire loqui nisi laboremus. O pauperes peccatores mirabile est: q bene volumus ire ad paradisum: sed nolumus facere opera. Unde Augustinus ait. Nos volumus gaudere cum sanctis et tribulationes mundi nolumus sustinere cum illis. Quod remedium: Uolo dicere q ponamus penam et laborem ad acquirendum virtutes et ad mūdandum conscientias nostras vt simus participes sue incarnatōis. Juxta bea. ia co. documentū. Abijciētes etc.

¶ Abijcientes omnem immundiciā etc. More solito mouetur questio: terminata a magistris nostris theologis et presertim a beato Bonauentura in. iij. distincti. x. tangendo bona que ex incarnatione verbi procedunt: est vnum bonum: q dominus noster iesus christus qui pro nobis de virgine natus est: est pater noster non solum per creationē: sz etiam per adoptionem: q nos sumus filij dei adoptiui. Et ratio est sm illum doctorem: q filiatio adoptiua datur per potentiam: sapientiam et clementiam dei. Modo sic ē q in persona filij est potentia sapientia et clemētia sicut in persona patris: et per consequēs sumus filij eius adoptiui: non solum ipsius sed etiam patris et totius sanctissime trinitatis. Restat nunc questio in forma. Utruz predestinatio xp̄i hominis sit causa nostre p̄destinationis: Pro solutione dicit bonauentura q de predestinatione possumus loqui dupliciciter. Uno modo q̄tum ad formale significatum. Alio modo q̄tum ed cōnotatum. Si primo modo cum dicat diuinaz volitionez nullā penitus habet causaz. Si vero loquamur secūdo modo cum dicat collationem gratie et preparationem glorie hoc ē dupliciter. Uno mō effectiue. Alio modo dispositiue et incitatiue. Si effectiue sola trinitas est cā nostre predestinatiōis. Si vero incitatiue et dispositiue p̄destinatio christi est causa nostre predestinationis. Et ratio ē: q̄niam ipse deus redemptor in humanitate assumpta meruit nobis grām et gloriaz etc. ¶ Leuate capita vestra. Peccatores timetis ne damnari: dimisistis ludos in hoc festo:

Quid dicitis frater ꝙ xp̄us est frater noster
in humanitate:nos cōmedam⁹nos ei: faci⸗
et nobis miam.Vn̄ dicitis:s̄ non totū. Dixi
in sermone precedenti ꝙ essetis cōtenti ha⸗
bere paradisuꝫ dūmodo nō cōstaret multū:
vt dicit Ber.Multi sunt o xp̄e q̄ tuū volunt
habere paradisū:s̄ pauci sequi te volūt.vos
mercatores habetis ne aliq̄n societateꝫ vn⁹
cum alio ī vestris mercātijs: Audiuistis ali
quando ī quot, casibus societas frangi pōt.
Si nō audiuistis inuenitis in legib⁹ ī duo⸗
bus locis. Primo in lege ciuili q̄ scribit̄.ff.ꝓ
socio.l.incipit societatē.Ali⁹ text⁹ h̄r institu
ta de societate.Dicit̄ ei ꝙ societas aliq̄n dis⸗
soluitur ex alterius partis dissolutione seu
renunciatiōe:vt si vna pars renūciet socium
de reliquo disrūpitur ⁊ soluit̄ societas.Et in
iure canonico de reg.iur.libr.vi. Frustra si⸗
bi fideꝫ quis postulat ab eo seruari cui fidē
a se prestitam seruare recusat.Dn̄i mercato⸗
res nō ē tam magna societas qui aliq̄n pos
sit dissolui.si vn⁹ dimittat societatē: oꝫ ꝙ ali
us trāseat se de illo q̄ dimisit eum.Sꝫ nōne
ꝓmiseratis tenere societatē xp̄o: sed q̄d mo
do: audite quid ait Hiere.ij.Dereliquer̄t me
fontē aque viue:⁊ foderūt cisternas dissipa⸗
tas que cōtinere nō valent aq̄s. et Job.xxi.
Dixerunt deo recede a nobis: sciētiā viaruꝫ
tuaꝝ nolumus.Estis hic vxorati: in cōscia
dicatis verū.dimiserūt ne vos vxores vestre:
dic verū:si vxor tua dimisisset te ⁊ iuisset cuꝫ
leprosis quero tibi es tu obligatus ire eam
q̄sitū ⁊ ducere ad domū tuā. Estis duo mer⸗
catores ⁊ estis associati in mercātia lucri et
dāno facitis fidē simul:est vn⁹ q̄ frāgit fidē
et dimittit te:dicas in cōscia tua es tu obli
gatus ire post eū: certe dicit lex totiens quo
tiens hō dimittit societatē quā promisit ser
uare ille qui eum in societate receperat non
tenet̄ ire post eum. O dn̄i rogo ne ille q̄ nos
secum associauit,⁊ q̄ venit nobiscū in carne
nostra:q̄ voluit partem dāni laboꝝ nostrorū
assumere faciat nobis sic. Heu dicit xp̄s de⸗
reliquerunt me fontē aque viue.Certe nūq̄ꝫ
mulier que dimisit virū suū ⁊ fuit cum lepro
sis fecit sponso suo maius dedecus q̄ꝫ hō vel
mulier passione seclusa facit xp̄o. ꝓmisit ei
peccator deo ꝙ viuet s̄m fidem ꝓmissam et
debet eum associare in bonis opib⁹ et sequi⸗
tur diabolum fidē frangendo, q̄d remediū:
dicit beatus Jaco, Abijcientes omnem im⸗
mundiciam ⁊c.

¶ In isto sermone erūt due partes.
Prima erit de sacrosancto verbi incarnati
nomine.
Scd̄a erit de purgamēto atq̄ꝫ mūdicia pec
catricis aīe.
¶ Pro expeditione prime partis dictū ē he⸗
ri qualiter hoc venerabile nomen iesu impo
situm ē a deo patre:⁊ etiam qualiter sūptū
est ab officio:q: officiuꝫ ei⁹ erat saluare nos.
Sūptum ē ēt a proprietate rei. Nunc dicen
dū est qualiter hoc venerabile nomē per an
tiquos fuit prefiguratū. In scriptura ei ha⸗
bemus tres q̄ fuerūt hoc dignissimo ac bn̄⸗
dictissimo noīe vocati.s.
Primus ē iesus naue.
Scd̄s ē iesus filius syrach.
Tertius ē iesus iosedech.
¶ De primo scribit̄ Eccl'i.xlvi.Fortis in bel⸗
lo iesus naue successor moysi.Iste em̄ debel⸗
lauit chananeos:⁊ filios israel in terraꝫ pro
missionis introduxit.De scd̄o Eccl'.l.Doctri
nam sapientie ⁊ discipline scripsit in codice
isto.iesus filius syrach. De tertio Zacha.iij.
Ostendit mihi dominus hirl'm sacerdotem
magnum stantem coraꝫ angelo dn̄i ⁊ sathā
stabat a dextris eius vt ei aduersaret̄. Age
secūdo.Confortare iesu filij Josedech cōfor⸗
tare omnis populus quoniam ego vobiscuꝫ
sum.Sequitur.meum est aurum ⁊ meū est
argentum.Adhuc vnum modicum et veni⸗
et desideratus cunctis gentibus ⁊ replebit̄
gloria domus domini.Dn̄i intelligatis: Nō
sine causa puer nouiter natus de quo loqui⸗
mur vocatus est iesus. In veteri lege fuerūt
tres viri vocati hoc nomine.s.iesus naue.i.io
sue:⁊ iste occidit. xxxi. reges paganos et de⸗
dit terram promissionis filijs israel:⁊ distri
buit terram vnicuiq̄ꝫ generationi et eorum
ordinauit habitationes. Hec autem omnia
figuratiue dicta sunt. Iste iosue qui supera
uit.xxxi.reges et etiā promisit dare terraꝫ ē
puer nouiter natus iesus filius virgis ma⸗
rie.Illi inimici sunt illi quos cognouit pau
lus cum ait.Ephe.vi.ca. Non est nobis col⸗
luctatio aduersus carnem ⁊ sanguineꝫ: sed
aduersus mundi rectores ⁊ ptātes tenebra
rū harū.Iste xp̄s iesus bellauit cōtra inimi⸗
cos.i.demones atq̄ꝫ eoꝝ potētiaꝫ destruxit,

O pauperes aīe vultis saluari vultis intrare terrā ꝓmissionis: opȝ ꝙ iesus ducat vos. Ipse enīȝ nobis ꝓmisit cū ait Joh.xiiij. Vado parare vobis locū. i domo em̄ patris mei mansiones multe sunt. ⁊ Johā.xij. Si exaltatus fuero a terra oīa traham ad meipm̄. Agamꝰ ergo. taliter ꝙ iste puer ducat nos ad regnū celoꝝ. ¶ Scd̄s ē iesus filiꝰ syrach ⁊ dicit scriptura ꝙ iste fecit doctrinā ⁊ sapientiaȝ. Sapientiā de eternis ⁊ doctrinā de moribꝰ ⁊ vniuersis creaturis. fuit ille q̄ dedit cōtēplationē reruȝ eternaꝝ ⁊ doctrinā operū virtuosoꝝ. ⁊ est ille de quo legit̄ ysa. xlviij. Ego deꝰ tuus docēs te vtilia. dn̄i iste iesus representat xp̄m nouiter natū q̄ fuit predicās in tēplo quē cū audissent ministri euȝ docenteȝ reuersi sunt ad principes synagoge dicētes. nunq̄ȝ sic locutꝰ est hō. Joh. vij. Iste enīȝ docuit nos qd̄ spectat ad fidē ad saluanduȝ nos: ⁊ cōuersatꝰ est in mūdo apud nos.xxxiij. ānis ⁊c. ¶ Tertiꝰ iesus fuit in lege moysi: ⁊ iste vocatꝰ est iesus iosedech. Iste fuit magnus sacerdos legis. habuit officiū iterū reedificādi tēplū hierl'm qd̄ destruxerat rex babylonie. In figura significabat istū puerū q̄ nūc vocatꝰ est iesus qui fuit magnus sacerdos. sacrificiū sui corporis deo patri in cruce pro nobis offerēdo edificauit tēplū fidei catholice qd̄ rex babylonie id est diabolus destruxerat. Iste iesus edificauit tēplū id est fidē catholicā in qua habitat sicut in tēplo. O dn̄i ⁊ aīe deuote leuemꝰ spiritū nr̄m. Per istos tres hoīes dat̄ nobis sciētia q̄d de trinitate credere debemus. Per primū ostēdit̄ nobis potētia q̄ ē in patre ex eo ꝙ superauit illos.xxxi. reges. Per scd̄ȝ q̄ doctrinā dedit ostēdit̄ nobis sapiētia filij. Per tertiū q̄ obtulit sacrificiū ostēdit̄ nobis clemētia q̄ est in spū sctō q̄ est ꝑsona tertia. Nouissime vero cū venit plenitudo tēporis apparuit iesus puer natꝰ ⁊ est gratia saluatoris nr̄i oībus hoībus q̄ venit ad saluandū oēs ꝑ suaȝ potentiā sciētiā et clemētiā. Ecce quomodo est nomē nouū neq̄ȝ est aliud ī quo oporteat nos saluos fieri. Actuū.iiij. Vadamꝰ ergo ad hūc puerū qui est tam dulcis ⁊ misericors clamādo veniā de pctīs nostris ⁊ spero sine difficultate ꝙ miserebit̄ nr̄i. iuxta beati Jac. documētū. Abijciētes omnem immundiciaȝ.

¶ Quantū ad secundaȝ partē videndus est modus quo purgāde sūt aīe ad hoc vt sint participes tāti beneficij. Dictū fuit heri de quintodecimo pctō operis qd̄ est sacrilegiū ⁊ dictū fuit in generali ꝙ cōmittit̄ tripliciter: scȝ in sacramētis: i locis ⁊ personis deo sacratis: ⁊ tertio in tēporalibꝰ bonis. iuxta illud capitulū. Nulli ⁊c. Et etiā dictū ē quō ad sensuȝ moralē dauid flēdo dicebat. Polluerūt tēplum sanctū ⁊c. Dn̄i intelligatis. ɔmittunt̄ ne multa sacrilegia in hac villa: vēdunt̄ ne sacramēta: quid dicitis dn̄i ecclesiastici: Si pauperrima filia velit nubere in aliā parrochiā nonne opȝ eaȝ soluere sūmā certaȝ pecuniaꝝ. Et de sepulchris q̄d dicenduȝ est. Non em̄ sepeliet̄ q̄s in ecclesia nisi soluat vnū francū. Sūt etiā ne sacrilegia i personis ecclesiasticis: ¶ Leuate capita vr̄a vos ribalde ⁊ meretrices. Si pilaria eccl'iarum haberēt oculos ⁊ viderēt q̄. sūt in ecclesijs ⁊ haberēt aures vt possent audire ⁊ loq̄ quid dicerēt: Certe nescio q̄d dicerēt. dn̄i sacerdotes q̄d dicitis sumꝰne deo sacrati: oēs eccl'ie ministri a subdiacono vsq̄ȝ ad sūmū pōtificē promiserūt ne vota: certe sic. Dyaconus ⁊ subdyaconꝰ nōne fecerūt vota solēniter ꝙ seruabūt castitatē q̄diu in hoc mūdo viuent ita ꝙ sub pena dānatōis eterne nūq̄ȝ cognoscēt mulierez. Si aūt cōtingat oppositū est ne sacrilegiū dare corpus suū sacratū meretricio: O dn̄e deus. vn̄. i. Coꝝ.vi. Tollēs mēbra xp̄i faciā mēbra meretricis. Absit. an nescitis q̄m qui adheret meretrici vnū corpꝰ efficit̄. Et post. An nescitis q̄m mēbra vestra tēpluȝ sunt spūs sancti: ⁊.iij. ca. Si q̄s tēpluȝ dn̄i violauerit disꝑdet illū deus. Tertio sacrilegiū vt dixi cōmittitur i bonis. vos oēs ecclesiastici qui tenetis i manu vr̄a beneficia sancte ecclesie q̄ro vbi exponunt̄ bona crucifixi: q̄ratis dn̄abꝰ. Nōne habēt tunicas rubeas ⁊ vario colore coloratas duplicatas veluto ⁊ foderatas de martres ⁊ d' pean de lōbardie: nōne hn̄t digitos plenos anulis aureis: est ne sacrilegiū: credo ꝙ sic. Nōne oȝ oīa ista reparare: profecto nulli dubiuȝ est si possit vel dānari. Restat xvi. peccatum operis quod est turpe lucruȝ. de quo Paulus prime ad Thimo. iij. Non turpe lucrum sectantes. Sic etiam voluit quod mūdaremus nos. cū ait. i. Thessa. v.

In die sancti Jo. euangeliste.

Ab omni specie mala abstinete vos. Simi
liter hoc voluit lex ciuilis. ff. de contrahēda
emptione. et incipit. Sepe. flagitiose neqꝫ
mendaciuꝫ neqꝫ emptio neqꝫ societas aut
quicũqꝫ alius contract⁹ turpis generaliter
valere potest. Scitis quid sit dñi. Si volue
ritis mũdare conscientias vestras oportet
fugere omne turpe lucrum: hoc est omne lu
crum inhonestum. Frater in illis nihil itel
ligimus. Certe bene credo: sed vix in oī sta-
tu reperitur aliquis in quo nō sit defectus
in iusticia: in ecclesia: in beneficiis: in mulie
ribus que frangũt matrimoniũ suũ: i mer
cantia etc. Sed frater quid est illud peccatũ
Dicit imperator custodiatis vos a re flagi-
tiosa per emptionē per societatem vel quo
cũqꝫ modo nũquã debetis interponere de
negocio illicito. Frater dicatis si placet i ꝑ
ticulari quia nihil intelligimus. Dñi iusti
cie scitis quid sit turpe lucrum. Vos estis
in officio constitutus: puta consiliarius in
parlamento: iudex: procurator: aduocatus:
graffarius etc. Si habetis aliquod officiuꝫ
ratione cuius habeatis stipendia suscipitis
dona exigitis iuste vel iniuste: directe vel in
directe: est ne turpe lucrum? certe sic. Cum
aliquid facitis vel ad fauorem vel ne perda
tis amorē alicuius: et oportet restituere sub
pena eterne dãnatiōis non illi qui tradidit
quia non est dignus: sed amore xpi debetis
dare etiam vsqꝫ ad vltimũ denariuꝫ: vt ha
betur. xiiij. q. v. c. Non sane. sed dicetis. Pater
non accepi aliquod donũ vt corrũperem iu
sticiã: sed feci vt ille qui habet agere de me
qui sum aduocatus vel procurator det mihi
aliquid anteqꝫ pro eo aliquid facere velim.
Est istud turpe lucrũ: certe ita debetis resti
tuere illi qui dedit. Hoc tangit mulieres
receptorꝫ argentariorꝫ et hmōi. Cum datur
pēsio alicui nobili vel alteri anteqꝫ recipiat
denarios oportet ꝙ dña habeat vnã bonaꝫ
tunicã vel zonã vel anulũ aureũ. Certe si tu
moraris in illo statu dãnaberis cũ diabolis
Lex tñ ciuilis excusat de esculento et pocu-
lento infra breue spaciũ: vt si quis acciperet
vnũ par pullorꝫ vel vnũ caseuꝫ aut butyruꝫ
dicit lex ꝙ illud nō est pctm̃. Sed Bernar-
dus de ꝯsideratōe ad Eugeniũ dicit aliter.
Est aliud turpe lucrũ. Vos dñi eccl'iastici le
uate capita vr̃a, nō patiemini vnũ paupē sa-
cerdotem in parrochia vestra nisi habeatis
partē i lucro suo. Vos habetis quotidie sex
vel septē missas: habetis tres aut quattuor
sacerdotes pauperes in manu vestra: dicitis
eis. Dñe iohãnes dicatis hodie vnã talem
missaꝫ vos habebitis vnũ duodenũ. Est ne
turpe lucrũ? certe ita et defraudatis aīas de
functorũ. Est aliḋ turpe lucrũ circa pascha.
Vos dicetis. dñe iohãnes vultis audire cō
fessiones in parrochia mea: per deũ nō faci
etis nisi habeã partē meã i lucro: ego habe-
bo tertiã partē aliter recedatis. ¶ Veniam⁹
ad laicos habetis ne inter vos turpe lucrũ.
nōne habetis gagoges in ciuitate? qd pla-
cet. sũt ne les bouticles de paillardise? Tu
mulier q̄ aliq̄d habes ḋ turpi lucro an opor
teat ꝙ reddas? Tu tenes ribaldas in domo
tua veniet filius mercatoris: furat̃ bona de
domo patris sui: dabit tibi mediũ scutũ. nō
ne oportet te reddere? certe ita vel dãnari.
Pater quō potero restituere. Facias qḋ ec-
clesia ꝯsulit des amore dei. Si aũt nō habe
as reuertere ad deũ. Est aliud turpe lucrũ et
istud tãgit mechanicos maxime q̄ vendunt
merchantias quib⁹ hō nō pōt vti nisi male
ad offendendũ deũ. Sicut vos q̄ vēditis le
fard ad decipiendũ aīas. similiter cartas et
taxillos. istis non pōt quis bene vti. Et isti
moraliter peccãt: qꝛ aliter possunt sibi vitã
acq̄rere. O pauperes pctōres certe opꝫ oīa
ista reparare. Aliter nō eritis participes bo
norũ que proueniũt ex natiuitate saluato
ris. Quod remediũ? certe oꝫ facere iuxta cō
siliuꝫ apostoli premissuꝫ. Abiicientes omne
immundiciam etc.

¶ Finis adest fructuosoruꝫ sermonũ de ad-
uentu. ꝑ celeberrimũ diuini verbi preconem
fratrē Oliueriũ maillardi ordīs minorꝫ pa
risius declamatorꝫ. opera Johãnis de Vin-
gle Lugduni terse impssorꝫ. Necnō diligen-
ti examie castigatorꝫ. Anno xpiane salutis.
M. cccc. xcviij. die. v. mensis Nouēbris.

¶ Tabula alphabetica ĩ sermones de aduentu fratris Oliuerij Maillardi.




Tabula





Finis tabule.





aillard

ermones

